



Piet. 4^o 33.

כְּהַשִּׁי
DE

31

SCEPTICISMI ORTU ET PRO- GRESSU,

Benevolè consentiente Amplissima Facultate
PHILOSOPHICA, in celeberrima Rosarum
Academia,

PRÆSIDE

DN. M. HENRICO ASCANIO

SEMPER PARATI

Rostoch. Mecklenb.

Fautore ac Præceptore suo omni honoris
cultu prosequendo.

IN AUDITORIO MAJORI,

Mo. M. DCCII. d. 4. Februar.

publicè disset

A. & R.

JOH. EBERHARDUS UDAM,

REVALIA LIVONUS.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampliff. Senat.
Typograph.

63

SCHEPPEL
GORTT-PRO-
GRESSE

Baron de Constantin Adolphus
Wilhelm in der Rheinl.
Aachen
1782

D. M. HENRICO ASSAULTO
Köln, den 22. Dec.

Fam. de la Roche
IN AEDIBUS MAJORIBUS
N. N. DECEMBER

KOHLER
THE NICOLAUS
1782

105

Nob. & Cl.

DNO. UDAMO,

SS. Theol. Cultori strenuo,

S. P. P.



Um in privatis publicisque scho-
lis meis Te frequentissimum
auditorem conspiciam, Opti-
me UDAME, atque hinc, quo
ardore, quâque contentione
reliqvorum quoque Doctorum ἀνεργάσεις in usus
Tuos convertas, facile colligere possim, hanc
Tibi diligentiam & animi bonitatem jamdiu
gratulatus sum, quippe qui ex hac semente
Tuâ ominari meritò debeo, quam messem
olim Ecclesiæ patriæ promittas, quamque
de Te spem illa & expectationem concipere
possit. Quam de Te opinionem jam for-
tius confirmas, quum & in publicam Te pro-
ripere

ripere cathedram & vel literaria aliis movere
bella, vel tela Tibi intorta repellere mascu-
lè, apud animum Tuum constitutum habes.
Maçte itaqve hac virtutè Tuâ, aliisque exem-
plum, qvòd sequantur, præbere perge.
Aderit Tibi Divina manus auxiliatrix, ut ho-
nestissimam apud omnes laudem reportes.
Et patria aliquando Tua, quæ plerosqve ci-
ves suos nostræ hic fidei ex aliquot annis cre-
dit, fructum metet studiorum Tuorum, Ec-
clesiis suis DEO benedicente haud parum
profuturum. Qvem in finem ut Spiritus
S. laboribus Tuis gratiam suam uberrimè ad-
spiret, ex toto pectore precor. Scr. in mus.
d. XXIV. Januarii, MDCCII.

JO. FECHT. D. P. P.

Conf. Duc. Adf. & District.

Rostoch. Superin-
tendens.



I. N. J.

PROEMIUM.



Eleberrimus seculi à Christo nato secundi Lugdunen-
sium Præsul *Irenæus* Auditor *Beati & Apostolici Viri*
Polycarpi, quem titulum illi ipse *Irenæus* tribuit, in
libello ad Florinum de Monarchia, cum mentionem
fecisset dogmatum quorundam Florini erroneorum,
DEUM, ait, *testor, & in conspectu ipsius tibi affir-
mo, quia si tale quid audisset --- Polycarpus, exclamasset*
statim, & aures suas obturasset, ac sicut moris erat ei,
dixisset, DEUS bone in quæ tempora me reservasti? quæ
verba excerpit more suo historicus in antiquitate dili-

gentissimus *Eusebius Casariensis*. (a) Non defuit etiam proh dolor! posterioribus
quoque temporibus Viris in ecclesia DEI constitutis eundem adhibendi gemitum fle-
bilis occasio. Sic *Giessenses*, cum Calvinismum incrementa sumere cum dolore ex-
perirentur; quandoquidem nonnulli eorum Marpurgum ob veritatis professionem
haud ita pridem deserere coacti erant, adducto *Polycarpi* effato, *quantò rectius,*
inquiunt, istud nos nostra hac tempestate, in quam incidimus, usurpaverimus. (b)
Utinam verò cum horum Veritatis confessorum corporibus sepulta quoque fuisset
verba ejusmodi proferendi trillis necessitas. Verum enim verò hodiè proh dolor!
indomita illa cuncta, quæ placet, sentiendi libertas longè latequè grassari conatur.
Ipsam infame Atheismi studium suos reperit amatores. Quid dicemus de *Indiffe-*
rentismo, qui etiam religio *Sceptica*, quia omnia in dubium vocat, & *Luciana à*
Luciano Scepticismi fautore appellatur? Sanè non sola antiquitas suum producere
potest *Apellem* atque *Rhetorium*: Non solum in *Pontificiorum & Calvinianorum*
castris spectandum se illud spectrum præbuit, devictis præterea *Socinianorum, Ar-*
minianorum, & Fanaticorum cohortibus: Verùm nunc inter *Lutheranos* quoque
sedem sibi parare quærit, repræsentans semet compendiosè in tractatu haud ita
longè abhinc ex fusioribus scriptis conflato, qui sub *Erici Friedlibii* *JCTi* nomine
editus est sub titulo: *Untersuchung des Indifferentismi Religionum, da man da-*
für hält / es könne ein jeder selig werden / Er habe einen Glauben oder Reli-
gion welche Er wolle. Sub quo nomine latere *Licent. E. R. Brenneisen* conjicit
Magn. D. D. Fechtius Præceptor atque Patronus noster ad cineres usque colendus (c)
defensione sua bonam causam nostram juvare sibi incumbere arbitratus, prout ipse
mentem suam declarat (d) quem ut *DEUS T. Opt. Max.* Academiae hujus Columen
solidissimum gratiæ suæ clypeo protegere atque in seros annos conservare velit, sup-
plices oramus. Nos Theologica quidem Theologicae Cathedræ discutienda relinque-
mus. Interim, quia observantiam nostram erga eum, cujus nomini dissertatio hæc
inscripta est, edito qualicunqve studiorum specimine publicæ luci exponere volumus,

A

ad

(a) Hist. eccl.
lib. V. c. 20,
p. 97. edit.
Bas. Anno
1547.

(b) Disp.
Th. Tom. 4.
præf.

(c) in Præl.
publ. in no-
vam Theo-
logiam In-
different.

(d) In Proe-
mio lect. §3.

52

(e) In Præf. ad ipsum *Scepticismum* hâc occasione considerandum nosmet convertemus. Sanè
 1. 1. & 2. Th. approbationem merentur verba Celeberrimi *F. C. Vossii*: (e) quisquis salutaria vo-
 Gent. f. 2. let esse studia sua, ad duo hæc præcipuè collimare debet, ut & melior & pruden-
 (f) Op. hor. tior reddatur. Imò ipsa ratio humana nos deducere valet ad veritatem in cogno-
 Succ. Cent. scendo & honestatem in operando. Atq; quid magis terrere nosmet potest, quam
 1. c. 82, p. illud Scepticorum: NIL SCITUR, De quibus non solum acutus ille *Ciceronis* jocus
 377. usurpari potest, de Vatinio per breve admodum tempus Consule adhibitus; Magnum
 (g) Op. eò Consule ostentum accidisse, nam nec brumam, nec ver, nec æstatem fuisse;
 Tom. 3. E- Conferatur Philippus Camerarius, (f) sed etiam addi, quod neque autumnus fue-
 xer. parad. rit, si scilicet ex Scepticorum hypothesis loqui placet, qui, qualia hæc sint, percipi
 adv. Arist. posse negant. Cont. quæ huc facientia adducit *Gassendus* (g) ex *Laërtio*. Inde
 1. 2. exerc. 6. *Aristocles* apud *Euseb.* (h) ad quem locum etiam provocat *Ryffel*, (i) *hujus* ait,
 p. 210. edit. *vel secta vel disciplina --- qui laudator esse velit, neminem futurum satis con-*
 Lugd. 1658. *stat.* Atq; invenerunt tamen Scepticorum placita magna subindè ingenia, quæ iis
 (h) Præp. assensum præbuerunt. Audiamus modo subtilissimum inter Patres Augustinum ita
 Evang. 1. 14. pronuntiantem: *qui sit, ut Academicorum (Scepticorum) arma quando cum iis*
 C. 18. *ad manus venitur, nec mediocribus viris, sed acutis & benè eruditis invisita &*
 (i) Contin. *quasi vulcania videantur.* (k) Imò sub scuto maximorum Philosophorum latere
 Voss. d. Phil. quæsiiverunt Sceptici, eos pro semet adducendo, prout apparet ex *Cicerone* (l) nec
 Sect. p. 213. non *Diogene Laërtio* (m) & *Gassendo*. (n) Ne verò spectrum quoddam pro
 (k) Contra vero haberemus corpore, optimum judicavimus in ipsam Scepticismi historiam
 Acad. 1. 2. ante omnia inquirere; non ignorantes, historiam esse *speculum humane prudentie*,
 ad Roman. juxta effatum antè laudati *Vossii*, quem eâ de re contet, (o) ut & *Dominum Praxi-*
 (l) In Lucull dem, (p) Quapropter etiam, quantum licet, rem ex ipsius fontibus deducemus, lectori
 p. 4159. & benevolo judicium de qualicunq; labore nostro relicturi. Tu autem Clementis-
 4185. in Oct. sime Pater cœlestis conatus nostros ad Tui imprimis gloriam & veritatis illustratio-
 ex emend. nem gratiâ tuâ dirige.

Lamb.

(m) De Vit.
 dogm. & A-
 popht: Phi-
 los. p. 255. l.
 9. in Pyrrh.
 edit. Lond.
 1664.

(n) 1. c. p.
 204.

(o) In Arte
 Historica.

(p) Dissert.
 Philosoph.
 Defensus

Proem. (a)

*Sectio prior historiam Scepticismi, prout ea à Gassendo
 exhibita est, examinans.*

§. I. **I**N consideranda Scepticismi historia tam *generatim* ea, quæ hûc
 spectant, afferri possunt, quam *speciatim* ea, quæ ad universas
 disciplinas evertendas, irrito quamvis conatu, attulerunt Sceptici,
 considerari. Non abludit hæc divisio à mente Sexti Empirici, qui (a)
scepticæ, ait, *philosophiæ una quidem dicitur generalis tractatio altera au-*
tem specialis. Generalis, in qua notas & indicia Scepticos exponimus ---
 specialis autem --- in qua unicuique parti ejus quæ Philosophia nuncupa-
 tur, contradicimus. Et talis est divisio quam affert *J. F. Budæus*, (b)
 Pyrrh. hypotyp. 1, 1, C, 2, p. 9. edit. H. Steph. 1562, in Oct. (b) Diss. de Scept. mor.
 §. 3.

Scepticismum, inqviens, in universalem & particularem dispescere soleo. Nobis hōc loco de priori non posteriori agendum erit.

§. 2. Utut vero non negemus, Historiam optimè ut plurimum ex Scriptoribus Gentis cujusdam domesticis cognosci posse, quia illi omnia diligentius consignasse censendi sunt: Interim tamen id quoque certum est, tales ea, quæ ad gloriam suorum facere possunt, plerumque latius, quam veritas patitur, extendere. *Conf. Puffend. (c)* Itaque exactius ea, quæ referuntur, pensitanda veniunt. Quò pacto sole clarius meridianò apparebit, Scepticos ut plurimum falsam familiæ suæ pertexere Historiam, quia magni faciunt tractationem hanc historicam, sperantes, fore, ut *propositioni illi, quod nihil sciatur, aliquam fidem concessiet*, quæ verba sunt ipsius Gassendi (d) Duabus igitur sectionibus opus esse apparet, *priore*, quæ examen contineat historię à Scepticis, & in specie in gratiam illorum à Gassendo concinnatæ, & *posteriore*, quæ ulterius ortum & progressum sectæ illius una cum natura ejus (quantum licebit) ob oculos ponat.

(c) Einleitung Præf. P. 4.

(d) Exerc. parad. p. 203 B.

§. 3. *Gassendus* igitur l. c. alterum est (nempe argumentum Scepticismo fidem concilians) ait, *quotquot hætenus fuere Viri Sapientissimi habiti, eos fuisse ingenuè professos hanc ipsam rerum ignorantiam*. Expectandum sanè juxta hoc effatum in Scepticorum Catalogo esset omne Philosophorum, quod vera Sapientiæ laude inter mortales maximè conspicuum fuit, agmen. Nam ne fortè verba illa ambigua & flexiloqua hunc admittere sensum putes, ac si de ingenua tantum humanæ ignorantie professione agant, quæ in usu maximè est talibus viris:

Quos nescire nihil credere fama jubet,

ut versu utamur post expositum celeberrimi *Heinsii* effatum: *quantum est, quod nescitur*, exhibito apud *Witten* (e); obstant tam scopus *Gassendi*, qui aut aliena se à scopo, qui erat, ut fidem conciliaret Scepticismo, protulisse fateri debet, aut de ignorantia Sceptica semet loqui, concedere, id quod ipsa verba antecedentia, atque consequentia clarè testantur. Hic igitur statim, ut ex ungue leonem, ita ex sophistica dicendi ratione Scepticorum genium cognoscere poterimus. Licebit vero statim Scepticos alloqui verbis ipsius *Ciceronis* in *Lucullo* (f) Scepticum agentis, quibus insurgit contra Stoicos, hostes Scepticorum infensissimos: *Quoniam in ea arte (sive gloriandi libidine) tantum ponitis, videte, ne contra vos tota*

(e) Memor. Phil. Dec. 6.

(f) P. 4179.

vata sit. Quærimus enim ex Scepticis, an ipsi, qui ἐπιχιν perpetuò com-
mendant, jam certò sciant, quod gloriari possint de sapientissimorum
illorum Virorum consensu? Si negant, quare gloriantur? Si affirmant,
nonne propria vineta cedunt, & sibi ipsis contraria docent. Quod ad-

(g) p. 255.

*Pyrrhoniam oportere: Si enim in quam animi cogitatio movetur, alteru-
tra pars comprehendere non potest, ne Pyrrhonis quidem erit nobis ratio per-
cepta.* Sed videamus jam, quæ fides sit Viris Scepticorum castra secutis in-
citando pro semet virorum Sapientissimorum consensu. Statim lanè so-
latium contra thraconicam eorum gloriationem affert, quod Gassendus
locutus de iis, quotquot hætenus fuere Viri Sapientissimi habiti, non nisi
paucos deindè proferat, & quidem tales, quorum multos ipse Sextus
Empiricus (h) ex catalogo suorum delet, ut suo loco apparebit. Quare
nondum ita planè de miseris actum esse dogmaticis, ut prima Gassendi
verba præ se ferebant, perspicuum est. Eleganter autem non minus quam
verè Lucullus Collocutor in Tract. Ciceronis ab eo denominato Scepticis

(h) l. c. l. 1.
c. 29. p. 54.
seqq.

(i) p. 419.

adversus, pronunciat: (i) *Primum mihi videmini (Sceptici) cum Veteres
Physicos nominatis: facere idem, quod seditiosi cives solent, cum aliquos
ex antiquis claros Viros proferunt, quos dicant fuisse populares, ut eorum
ipsi similes esse videantur.* Prolatis deinde quorundam, quos nominare
confeverant seditiosi cives Romani, nominibus, ita pergit: *Horum nomi-
nibus tot virorum atque tantorum expositis eorum se institutum sequi dicunt.
Similiter vos cum perturbare, ut illi rempublicam, sic vos Philosophiam
benè jam constitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, Par-
menidem, Xenophanem, Platonem etiam & Socratem profertis.*

S. 4. Ad ipsam jam sapientissimorum Virorum citationem se ac-
cingens Gassendus, ne ipsi posset objici, eos, qui adducerentur, meros
esse Ethnicos, acu rem tangere laborat, quando ex Sacra Historia aliquem
deprorait, ita ut non tam numero, quam pondere pugnaturus videatur.
Antesignanum igitur producit ipsum Salomonem, hinc laudes ejus de-
cantando verbis: *Quæso ex Te, apud nos quis sapientior unquam habitus
est Salomone, cujus sapientia præcessit sapientiam omnium Orientalium &
Ægyptiorum, qui fuit Sapientior cunctis hominibus, ac propterea nomina-
tus in universis gentibus; quæ scripturæ verba sunt.* (k) Et ut ostende-
ret, quod Salomon cunctis Philosophis palmam præripuerit in traden-
dis physicis pariter ac moralibus, ulterius adducit, quod ultimum confir-
ment,

(k) 3. Reg. 4.

ment, quæ adhuc exstant præclarissima ejus monumenta; primum pateat ex verbis Scripturæ, quando ea, disputavit (salomon) inquit, super lignis Cedro. quæ est in Libano usque ad hisopum, quæ egreditur de pariete, & de jumentis, & volucribus, & reptilibus & piscibus. Alio loco Gassendus palmam Salomoni in logicis quoque præ omnibus Philosophis tribuit (l). Postquam enim ex Eusebio (m) commemoraverat, quod ille Salomonis Logicam ex initio proverbiorum commendat; paulò post, potenter verò, pergit, eadem Salomonis Logica commendari quam maximè ex ipso Ecclesiasticis Libro, in quo ea continentur ratiocinia, quibus absit dicamus quippiam in libris Philosophorum universis exstare præstantius. Nos certè adeo nihil de Regis hujus præstantissimi laudibus detrahere cupimus, ut potius veritatem hic nullo indigere mendacio existimemus. Ecce enim, quam prodigiòse Sapientiam Salomonis depingant Judæi. Sic enim Kimchi dictum ante citatum exponit: *Et locutus est Salomon ad jumenta & ad aves. Quid locutus est ad aves? Quasivit ex iis, ubi esset Schamir vermiculus, Confestim avolavit aquila & attulit eum, adduxitque ad Salomonem ex Paradiso.* Citat locum hunc Pfeiff. (n) &, qui de verme Schamir ulterius confer., Buxtorff. (o). Hoc autem Judæorum somnium ita Mahomedi placuit Impostori, ut docere non erubuerit, Salomonem dixisse ad suos: *O homines intelligite avium eloquentiam* (p), quem admodum pariter Dæmones quoque Salomonem in templo ædificando juvasse utraqve horum nugatorum pars refert, apud Pfeiff. (r). Imò ad augendam Salomonis sui gloriam Apellæ cum viderent adorari communi quodam consensu placita Aristotelis, mentiti sunt, exscripsisse Aristotelem libros Salomonis, quos habuerit, teste Buxtorff. (s); Quod mendacium hodiè forsan Judæis non arrideret amplius, si noscerent, in plurimis hodiè recedi, imprimis quod doctrinam physicam ab Aristotele. Sed nugarum fati audivimus! Videndum nobis jam, quomodo dicta Salomonis à Gassendo prolata adeò non adstruant dubitationem Scepticam, ut eam potius fortissimè destruant. Qui enim ita solidè docuit de omnibus moralibus Physicis ac Logicis, ut Salomonem fecisse paulo antè percepimus, is non potuit adhibere illud Scepticorum: *ἔδεν μάλλον*, sive nihil magis, quod à Scepticis non asseveranter sed ad tollendam rerum comprehensionem dicitur, ut resellentes dicimus, non magis Scylla nata est, quam Chimæra quemadmodum vocem illam ex Scepticorum placitis explicat Laërtius (t) & Sextus Empiricus (u), (qui addit vocem esse imperfectam), perindè id

(l) Tom. I. de Log. Orig. C. I. p. 35.
(m) ii Præp.

(n) ad i Reg. 6, v. 7.

(o) Theol. Jud. p. 308.

(p) Lex. Tal. Rabb. rad. שׁמיר p. 2455.

(q) Surat. 27. Apud Pfeiff. l. c. p. 307.

(r) l. c. pag. 304. seq.

(s) In not. ad lib. Kosri apud König. biblioth. p. 61.

(t) l. c. p. 256.

(u) l. I. C. 29.

valet, ait, ac si diceremus non magis hoc quam illud. Ipsa verba, quibus Gassendus, quasi re bene gesta, subjungit exclamationem: *An potest quidpiam dici luculentius!* desumpta sunt ex Ecclesiastes primo, ubi Salomon, postquam asseruerat, propositum sibi fuisse omnia sapienter investigare; cum detestatione, ut phrasin adhibeamus Gassendi, subjungit: *Hanc occupationem pessimam dedit DEUS Filiis hominum, ut occuparentur in ea.* Sed quia facile praevideri poterat, quod, licet Salomon occupationem in inquirendis rebus ex accidenti, quia nempe post lapsum semper cum molestia conjuncta est, & tandem hominem, ut ferrum usus, atterit, pessimam recte vocet, nondum tamen sequatur, istum verba haecce ex perpetuo dubitationis amore protulisse. Itaque sententiae suae robur superaddere quaerit ex verbis Ecclesiasticis aliis (x), quae juxta versionem à Gassendo adhibitam ita se habent: *Intellexi, quod omnium operum DEI, nullam possit homo invenire rationem eorum, quae fiunt sub sole, & quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniat, etiam si dixerit sapiens, se nosse, non poterit reperire.* At, ut non de novo provocemus ad ea, quae de Sapientia Salomonis modo adducta sunt, certum est, si modo recte inspiciatur locus mox adductus, illum ita contrariari instituto Gassendi, ut nos meliori jure quam ipsi quaerere possimus: an potest quidpiam dici luculentius? quam Salomoni cum Scepticismo nihil fuisse commercii. Non enim licet Scepticis profiteri, se multo labore adhibito hoc demum intellexisse, quod nihil possit sciri in rebus physicis, ita: quod in mundo adsint DEI opera; quia illi nihil definiunt, itaque hoc ipsum *μη ορίζεν* nil definire, tollunt --- alioqui enim definiissent --- ergo haec ipso quod ita dicitur, nihil definimus, animi affectio neutram in partem propensi indicatur, referente Laërtio (z) quam ejus explicationem lubens assumit una cum aliis huc pertinentibus ipse Gassendus. (a) Eloquatur ulterius Scepticorum mentem eorum facile Princeps Sextus Empiricus, qui, (b) imò verò inquit, *ne tum quidem dogmata statuit* (Pyrrhonius) *quum voces Scepticae institutionis, nimirum, vel hanc, nihilò magis, aut illam, nihil definitio.* --- Arbitratur enim, ut haec vox, omnia sunt falsa: cum aliis etiam seipsam falsam esse dicit: item illa, nihil est verum: eodem modo & hanc, nihilò magis, cum aliis etiam se ipsam dicere nihilò magis esse, & propterea una cum aliis se circumscribere. Idem in reliquis quoque Scepticorum verbis dicimus. Exponit ille mentem suam ulterius (c) comparans voces à Scepticis adhibitas cum purgantibus medicamentis, quae, quando humo-

(x) C. 8. v. ult.

(z) l. c. p. 256.

(a) l. c. p. 210.

(b) l. i. C. 7. p. 12.

(c) l. i. C. 38. p. 54.

res corpore extrahunt -- etiam semetipsa unâ cum humoribus expellunt, quæ comparatio aridet quoque Gassendo. (d) Non possunt igitur, etiam ipso Gassendo iudice Salomonis verba ita explicari, ut absurda inde Scepticorum sententia eliciatur. Reclamat prima statim vox, juxta Gassendi versionem, & imprimis, quod se animadvertisse dicat Ecclesiastes — כֹּל מַעֲשֵׂה חַלְלֵהוּ *omnia opera DEI.* Itaque haud difficulter apparet, loqui Salomonem de impossibilitate omnia atque singula, rerumque omnium eventus, de quibus judicare sapientis esse censent, exactè cognoscendi. Et sanè humanæ scientiæ tenuitas rectissimè adstruitur in oppositione ad illos, qui se nihil putant ignorare; quoniam utique in intimos naturæ recessus quoad omnia penetrare haud licet.

§. 5. Interim mentem acutissimi Gassendi haud difficulter intelligimus. Noluit scilicet ille undique invisum Pyrrhonis nomen sectæ Scepticorum præficere, sicut communiter fieri solet. Et nos quidem ipsi quoque lubentes fatemur, non sequi, quia *Pyrrho* communiter hic nominatur, & Sceptici Pyrrhonii appellantur, Pyrrhonem etiam primum fuisse Scepticismi Autorem. Nonne enim Reformati à Calvino nomen trahunt Calvinianorum? Verum is tamen non fuit primus Sectæ Autor, quia Zwinglio id potius tribuitur. Nonne illi quoque, qui Christum nudum esse hominem asserunt, nominantur Sociniani, sed utique Photinus, ut alios prætereamus, idem sensit. De Pyrrhone audire possumus Theodosium (e) apud Laërtium, (f) qui Pyrrhonem primum Scepticam invenisse Philosophiam negat. Sextus Empiricus quoque non aliam ob causam Scepticos à Pyrrhone denominari posse concedit, quam quoniam, inquit, solidius & apertius Sceptis tractavisse Pyrrhonem existimamus, quam eos, qui etate illum præcurrerunt. (g) Verum etsi antiquiores dentur Scepticismi Fautores, illius tamen defensio Salomoni nullò jure tribuitur. Quin potius, si inter Ethnicos Autor maximæ Authoritatis quærendus est, adducere licebit ipsum Jovem, de quo Lucianus (h) refert, ipsum, cum duo accederent orantes, qui æquales victimas, si voti sui compotes possent fieri, promitterent; planè dubium hæsisse, utri potius gratificaretur, exemplo inquit, Pyrrhonis suspensus hærebat etiam atque considerabat. Dignum patellâ operculum! Summa sanè est authoritas sectæ, quæ ab ipso DEORUM summo derivari potest. Sed quia Gassendo historica placet biblica, nos longè antiquiorem quam quem Gassendus falsò nominat, ex ea adduci posse, eumque primum Scepticismi Autorem, ostendemus. Ipsum nempe Diabolum Moses propo-

(d) l. c. p. 206, B.

(e) In Scept. Capitulis.

(f) l. c. p. 255.

(g) l. c. lib. 1, C. 3, p. 10.

(h) in Icaromenippo Tom. 1, p. 708. edit. Bas.

proponit, quod primos nostros Parentes ad dubitationem de ipsius DEI verbis per ambiguum illud suum **אמר אל הים** permoverit.

Et ne quid nimis duri hinc asserere videamur, is non poterit non ad nostram accedere sententiam, qui blasphemias Scepticorum contra ipsum summum Numen institutas disputationes intuetur, cuius rei specimen vel exempli

(i) l. c. l. 1. tantum loco affert *Sextus Empiricus* (i) qui cum dixisset, *intellectualia* à se-
C. 13, p. 17. met *intellectualibus* opponi, exemplum addit his verbis: *Ut quum ei, qui ex caelestium dispositione infert esse providentiam: Opponimus, bonos quidem, adversa uti fortunâ saepenumero, malos autem prosperâ: Et hinc inferimus non esse providentiam.* Ex professo idem blasphemias ejusmodi objectiones deducit, eas in medio relinquens, in *Tract. adversus Mathematicos*,

(k) Ed. in *ticos*, (k) & tractationem suam impiis his concludit verbis: *haec --- sunt*
Fol. ap. 310. *quae dogmatici Philosophi inter se argumentantur ad probandum, DEOS*
usque 340. *esse & non esse. Hinc fit, ut Sceptici suam sustineant assensionem.* Optimè ad nutum primi quem modò nominavimus Scepticorum Patris.

§. 6. Jam ad Ethnicos se convertit *Gassendus*, sed ita, ut nobis in mentem statim veniat illud Virgilii: *Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.* Productò tenim primò loco ad obtinendum scopum suum *Socrate*, quod ille suffragio ipsius *Appollinis Sapiientissimus mortalium habitus sit*, affert. Equidem si verum esset *Gassendi* de Scepticismo *Socratis* suppositum, minimè mirandum foret, quod *Diabolus* per *Pythiam* locutus,

juxta ipsius *Gassendi* sententiam (de quâ statim, quamquam plurimam ejusmodi responsa fraudulenter à Sacerdotibus *Appollinis* fuisse conficta ex iis pateat, quæ adducit *H. Witsius* (l)) *Socratem* eam philosophandi rationem, quæ ipsi ut mendacii Parenti inter omnes maximè placet, secutum, ut homines deduceret à Veritate ad errores, & perpetuam, ut de omnibus ita de divinis quoque rebus, undè summa hominum felicitas dependet, dubitationem, impensè laudasset. Non meliori enim ratione facultas hominis intellectiva, quæ ex intentione DEI medii rationem habet ad cognoscendum DEUM, tam sola quoad notitiam insitam, quam cum sui ipsius atque externa creaturarum contemplatione conjuncta, quoad notitiam acquisitam, undè etiam cognitio hæc *incentivum ad ulterius inquirendum de*

(l) Miscell. *DEO* esse debet, (conf. *König*. (m)) opprimere atque ab officio suo retrahere
Sac. l. 1. C. potuisset. Non deessent quoque hinc pacto, quæ adversus *Socratis* auctori-
9. & 22. p. 72 tatem possent regeri. Neque enim nos ita creduli sumus, ut fidem adhi-
seqq. beamus nonnullis Patrum, ex quorum numero etiam est *Justinus*, qui

(m) Theol. *Socra-*
Post. p. 22,
23. §. 7, 16.

Socra-

Socratem *ὄν μὲν* Christum cognovisse existimant, referente König. (n) Sed fuisse Socratem Ethnicum teste historiâ scimus. Itaque Gassendo in memoriam revocare liceret, quibus armis ipse ad Aristotelem oppugnandum usus sit. Audiamus ipsum loquentem (o). *Professionis*, ait, *Ethnicæ fuit Aristoteles, id quidem notissimum est: at non satis tamen ponderatur. Certè ille tantò minus docere veritatem potuit, quantò à veri Numinis, quæ prima est veritas, cognitione magis absuit.* Anne optimò jure iisdem verbis Socratem invadere possemus? Sed addemus reliqua Gassendi verba, ita pergentis: *Ut istud præteream, dicam ne illum non flatu divino, sed Dæmonis potius instinctu adactum fuisse ad Philosophandum? Fortassis hoc tibi novum æque ac horrendum videtur? Philoponus tamen est, qui scribit illum philosophari cœpisse jussu Pythiæ: quam nemo Christianus diffitebitur à Dæmone fuisse correptam.* Necessariò sanè Socrates, à Gassendo licet maximè laudatus, in fossam Aristoteli paratam incideret. Quin horrendum illud, quando de Socrate auditur, ne quidem novum potest videri, quia in vulgus notum est, Socratem applaudente Pythiæ fuisse philosophatum, atque sic *Dæmonis instinctu adactum ad philosophandum.* Præterimus, quod Socrates malè audierit ab Atheniensi populo, quasi juvenes illicitè amaret & modum injustas actiones defendendè doceret, juxta *Jonsium*, (p) videatur etiam *B. Rappoltus*, (q) quia talia fingi potuisse ab Adversariis non ignoramus, inter quos est *Aristophanes* adductus *Jonsio* l. c. Sed videamus, an majoris momenti sit, quod Gassendus ibidem addit, *suffragiis omnium --- conspirantibus sapientissimum mortalium habitum esse Socratem.* Undè verò consensus illius universalitatem probabit Gassendus. Sanè *Averroës* aliique rigidi Aristotelis Sectarii aliud publicè profitentur. Sic enim *Averroës*, (r) *Aristoteles*, ait, *est regula & exemplar, quod natura invenit ad demonstrandam ultimam perfectionem humanam.* Et rursus; *fuit creatus & datus nobis divina providentia, ut sciremus quicquid potest sciri.* Neque aliud faciunt aliarum Sectarum asseclæ, qui sibi commendatum habent illud Pythagoricum: *αὐτὸ ἐστὶν.* Conf. ex *Epicuræis* *Lucretius* & *Vellejus* citati à *Dn. Præside*. (s) Ut non addamus, quod *Salomon* huic cedere, juxta locum ab ipso Gassendo antè allatum nequeat. Quæremus tantum ulterius, quo jure Sapientissimus Mortalium habitus sit *Socrates*? Pondus quæstioni nostræ ipsa iterum *Gassendi* verba adjicere poterunt. Cum enim ille (t) probare conaretur, quod rationes nullæ sint, quibus persuaderi possimus ad Sectam *Aristotelis* reliquis præferendam, his

B

inter

(n) Biblioth. Vet. & N. p. 762.

(o) Exercit. parad. l. 1. Exerc. 3. p. 216.

(p) De script. hist. Philos. p. 31.

(q) Diff. d. lum. nat. in sufficientia.

(r) Apud. Gass. l. c.

(s) Exercit. Anti-Gass. S. 1. §. 4.

(t) l. c. p. 117.

inter alia contra Aristotelem insurgere verbis: *Illum cæteris omnibus antepone, non video quâ ratione liceat citra nimiam temeritatem. Quid enim? judicium ferre de præstantia eximiorum ingeniorum: Sicq; rem decidere difficillimam maximamq;, in promptu & ad manum est --- quotusquisq; ergo Aristotelem præfert Platoni: Necesse est noverit, (si sane quidem judicare velit) quicquid in Aristotele, quicquid in Platone fuit valoris ac præcii, scientiæ dico & eruditionis. Imò & quia controversia est de Pythagora, de Thalete, de Democrito, de Zenone, de Pyrrhone, de Epicuro & cæteris; necesse est simul sciat, quicquid illi omnes sciverunt. Quodnam igitur Socratis est privilegium. De reliquis non licet judicare, de Socrate licet? Quod vero sapientissimus mortalium vulgo habitus sit Socrates, partim ob oraculi factum est effatum, partim ob ingens præjudicium, quod de auctoritate antiquitatis multorum animos occupavit. Unde tantam autorum turbam in laudes ejus ruisse videbis. Videri ea de re scripta Arifloxeni, Demetrii Phaleræi, Panætii possunt, citata à Jonsio, (u) nec non Apologiæ à variis confectæ (x).*

(u) Histor. Phil. p. 75. 102. 179.
(x) pag. 35.

§ 7. Nulla verò nos cogit necessitas, ut Socratem Scepticis relinquamus. Non enim id evincunt verba à Gassendo hunc in finem prolata, quando ille, *quæso Te*, ait, *quænam fuit ipsius (Socratis) hæc in parte sententia? Symbolum ejus celebratum est: hoc unum scio, quod nihil scio. At si seriem eorum, quæ differuit, retexuerimus, quid manifestius, quam quod hoc unum perpetuò inculcaverit?* Equidem non ignoramus, ipsum jam *Arcefilam ad auctoritatem Socratis confugisse*, quod etiam annotavit *Vossius*

(y) de Sect. Phil. p. 77.

(y). Et quòd jam coætanei ejus vitio ei dederint, *quod sententias de cohibenda assensione, & comprehensionis negatione Socrati, Platoni, Parmenidi, Heraclito acceptas ferret, -- eas Viris Nobilibus inscribendo confirmans atq; commendans*, refert *Plutarchus* (z). Idem multis verbis confirmare intendit *Cicero* (a), cum *Zenone*, inqviens; *Arcefilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi; ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem, & -- omnes penè veteres: qui nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt.* Et cum *Lucullus* Scepticorum adversarius præter alios in antiquitate claros Viros *Socratem* etiam ex Scepticorum numero removere cogitaret (b), *Cicero* id non concedens, (c) *ab his*, inquit, *ajebas removendum Socratem & Platonem. Cur? an de ullis certius possum dicere? Vixisse cum his equidem videor: Ita multi sermones perscripti sunt,*

(z) Oper. Tom. II. adv. Colot. p. 122.
(a) Acad. Quæst. L. I. p. 4151.

(b) in Luc. p. 4160.
(c) ibid. p. 4185.

è quibus

è quibus dubitari non possit, quin Socrati nihil sit visum sciri posse. Excepit unum tantum, scire se, nihil se scire: nihil amplius. Sed vero male ad Socratem provocasse Arcefilam ex eo patet, quod nihil omnino sciri posse asseruerit. Qua de re Cicero ipse (d) *Arcefilas*, inquit, *negabat esse quiquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset.* Et quâ fronte Cicero asserere potest, se de nullo certius posse dicere, quod ad classem Scepticorum pertineat, quam de Socrate, cum in verbis statim subsequens continetur hujus assertionis refutatio. Magna est enim exceptio, quam affert ipse, non statuisse Socratem, quod nihil sciri possit. Sic Sextus Empiricus (e), qui, inquit, *de uno aliquo dogmaticè pronuntiat, --- dogmaticum sequitur characterem.* Non negamus tamen morem Socratis in differendo illum esse, ut in multis nihil affirmet. Quod Varronis (f) elegantissimis potius verbis quam nostris exponemus, qui ita de eo loquitur: *Hic in omnibus fermè sermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti variè copiosè sunt, ita disputat, ut nihil affirmet ipse, refellat alios, nihil se scire dicat, nisi id ipsum: Eoque præstare cæteris, quod illi, quæ nesciant, scire se putent: Ipse se nihil scire: id unum sciat: ob eamque rem se arbitrari ab Appolline omnium Sapientissimum esse dictum, quod hæc esset una omnis Sapientia, non arbitrari sese scire, quod nesciat.* Atque hæc sunt, quæ mutatis quibusdam verbis in ipso Gassendo legere licet, ubi ille in specie ad libellum ejus apud Platonem, qui *Hippias major seu de pulchro* inscribitur, remittit, addens, *non nisi ingenti suavitate deprehendes, quæ solertia conficiat, sciri non posse, quid sit pulchritudo, quod idem etiam observabis pro ratione & varietate argumentorum in aliis.* Atque sic porro negandum non est, quod ex ejusmodi sermonibus Socratis Sceptici occasionem sumserint ad absurdum suum principium perveniendi, sicut utique errores ex tali ansa crescere lateque serpere consueverunt. Quod, ne ad recentia exempla provocemus ubique jam nota, patet exemplo Sadoci, à quo Saducæi nomen acceperunt, Antigonis Sochæi discipuli, qui dictum Præceptoris bono sensu prolatum, malè interpretando, se ipsum suosque fefellit. Quando enim Præceptor Antigonus dixerat, **אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב אל מנרת לקבר פרס** quod ita vertimus, *ne eritis sicut servi ministrantes magistro ad accipiendum præmium:* De quo dicto conferri potest Buxtorff. (g) it. Menasse Ben-Israël (h) apud Pfeifferum (i), id eò detorsit Sadock, ac si non

(d) l. c. pag. 4151.

(e) Pyrrh. Hyp. L. I. C. 33. pag. 58. Edit. 8.

(f) Acad. Quæst. L. I. p. 4141.

(g) Lex, Chald. Talm. & Rabb. pag. 1829.

B 2

(h) de resurrect. mort. p. 41. (i) Theol. Jud. & Mah. Exerc. 4. assert. 3. p. 197.

expectanda esset immortalitas animæ aut resurrectio mortuorum', (de qua Saducæorum sententia conf. Josephum (k), qui etiam alios eorum errores adducit (l). De ipso *Zadock Buxtorff*. (m). Patet proinde non sequi, quod, licet Arcefilas atque Sceptici occasionem errandi ex verbis Socratis lumlerint, eidem quoque errori adductus fuerit ipse Socrates. Atque nimis liberale putamus esse assertum illud *Georgii Hornii*, (n) dicentis: *Habuerunt* (Pyrrhonii) *suae sectæ autores nobiles Philosophos, Socratem & Pyrrbonem*. *Quamvis enim Socrates non adeo exertim Pyrrhonius fuerit, tamen ejus sectæ fundamenta posuit illa mirabili impostura: qua usus scire se nihil dicebat præter hoc ipsum, quod nihil sciret. A quo fonte profluxit Arcefila — dubitatio — unde Cicerone teste (o) Zeno Socratem Scurram Atticum fuisse dicebat. Ex quo Minutius id hausit: Socrates Scurra Atticus viderit, nihil se scire professus. Nam licet Socratem melius utique fecisse confidenter asseramus, si non perpetuo tam ambiguo usus esset dicterio: Tamen utique excusandus est, quia eum id non ex mente sceptica fecisse patet. Audire iterum de mente Socratis placet verba *Luculli* (p) quando ille, 'Socrates, inquit, de se ipso detrahens in Disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam greci ἐπιπέρας vocant, quam ait etiam in Africano fuisse *Fannius*. Illud enim ipsa viri hujus Sapientissimi indoles promittit, eum, si isto vixisset tempore, quo mentem ejus adeò absurdè interpretati sunt, qui se cum eo sentire non minus fingebant quam gloriabantur; non modò vulgatum illud suum derelicturum fuisse, verum etiam istis graviter contradicendum. Usurpabat verò dicterium istud, respectu ad temporis sui genium habito. Quandoquidem vani atque nugivenduli Sophistæ, quæ nesciebant, scire semet profitebantur, imò titulum omniscii, qui vulgò datus est ob variarum rerum scientiam *Democrito* (vid. *Gassendum* in seqq) affectabant. Quorum hominum ingenium ridiculè satis representat minimus omnium *Hillelis* (qui octoginta habebat discipulos) auditor *Rabbi Jochanan filius Zacchei*, qui in *Massichta Soph.* apud *Pfeiff.* (q) ita gloriatur: *si omnes cæli essent cortinae & omnes arbores calami, & totum mare atramentum, non sufficerent ad scribendam sapientiam, quam didici à Magistro meo, in qua phraseologia cum eo consentire Muhammedem* (r) modò laudatus ostendit *Pfeifferus*. (s) *Socrates* itaque nihil sciebat, quando comparabat scientiam suam cum jactata Sophistarum scientia. Nihil, quando considerabat inexplicabilem variarum rerum, ad quas cognitio nostra hinc non pertingit, multitudinem. In-*

(k) Anti-
qvitat. Jud.
L. 18. C. 2.
(l) l. c. L. 13.
Cap. 9. & de
Bello Jud.
L. 2. C. 12.

(m) l. c. p.
1890.

(n) Histor.
Philos. L. 3.
C. 18. p. 209.

(o) Lib. de
nat. Deo-
rum,

(p) p. 4160.

(q) Theol.
Jud. Exerc.
2. C. 5. p. 81.

(r) Sur. 31.
V. 26.

(s) Tract.
Cit. Præf.
n. 20.

ACC

nes ergò gloriationes audire pertæsus, ignorantiam suam publicè profiteri voluit, suisque exemplum dare, ne scientiâ sua qualicunqve efferrentur. Conf. de docta ignorantia *Voëtium*. (t) Idqve haud obscure indicant sequentia ipsius *Gassendi* verba, dicentis: *Quam lepidissimè convellere solet* (Socrates) *Sophistarum arrogantiam, qui omnia se & optimè scire & docere posse profiterentur.* Atqve eò facit, quod *Diogenes* refert *Laërtius*, (u) asserens, magnam eum ex tali reprehensione sibi invidiam conflasse, quod seipso magnificè efferentes tanquam insipientes redarguebat. Nominat porro *Anytum* ex *Platone*, (x) quod is ira erga Socratem talem ob causam accensus, *Aristophanem* in eum incitaverit, atqve postea *Melito* persuaserit, ut ejus nomen de impietate & adolescentium corruptela deferret. Accusatus exindè *Socrates*, & quidem juxta *Antisthenem* (y) & *Platonem* in *Apologia* à tribus fuit, *Anyto* Politicorum, *Lycone* oratorum, & *Melito* Poëtarum nomine, quos omnes *Socrates* carpebat, eodem dicente *Laërtio*. Non adest igitur justa suspicionem de Socrate sinistram capiendi causa: inter|cujus acutissima dicteria hoc quoque est, *unum tantummodò bonum esse, scientiam; Atque unum tantummodò malum insipientiam*, vid. *Laërt.*; (z) qui adèò excoluit *moralem philosophiæ partem*, tempore ipsius vulgò quam maximè neglectam, ut etiam eam addidisse philosophiæ tradatur ab eodem *Laërtio* alio loco. (a) Prout etiam omnem ejus orationem *in virtute laudanda & in omnibus hominibus ad virtutis studium cohortandis* consumtam fuisse, refert *Varro* apud *Cic.* (b). §. 8. A *Socrate* ad discipulum illius celeberrimum *Platonem*, (de quo somnium *Socratis* refertur apud *Laërt.*, (c) & quidem inter eos, qui novæ fuerunt *Sectæ* conditores, quartum, ex recensione *Vossii*, (d) & *Jonsii*, qui integram successionem *Platoniorum*, à *Socrate* incipiens, ponit; (e) devolvitur *Gassendus* sequentibus verbis: *Sed de ipso Platone quid dicam, cum non alius sed idem sit ipse ac Socratis sensus.* Sed si idem est *Platonis*, qui *Socratis* sensus, haud erit opus nova quædam addere, ad tollendum ex *Scepticorum* numero *Platonem*, sed sufficere poterit, si ad ea, quæ modò ad defendendum *Socratem* adducta sunt, provocemus. Atque id ipsum haud ineptè colligitur ex statim sequentibus *Gassendi* verbis, quando ait: *omitto, quam sæpè jaclabundos Sophistas confodiat.* Optime. Nam intolerabilis erat eorum fastus & vana de scientia sua gloriatio: Neque aliquid in contrarium evincere poterit, quando *Gassendus* pergit, quod sæpe testetur *Plato*, *sufficere, si probabiles aliquas inter differendum rationes attulerit, quippè cum veritas sit Deus DEorumque filiis concedenda,*

(t) *Disp. Sel. Tom. 3. p. 668.*

(u) *de Vit. & dogm. Phil. L. 2. p. 42.*

(x) *in Me none.*

(y) *in Phil. Success.*

(z) *l. c. p. 41.*

(a) *l. c. L. 3. p. 83.*

(b) *Acad. Quæst. L. 1. p. 414.*

(c) *l. c. p. 71.*

(d) *Sect. Phil. p. 66.*

(e) *Script. Hist. Philos. p. 52, 53.*

clenda, hominibus autem una satis esse verisimilitudo debeat. Namque ex
 ipsis his verbis patet, fateri *Platonem*, quod summa sit rerum divinarum
 perfectio, atque exinde extenuetur ab eo scientia humana, imprimis, cum
 tanta sit tamque varia rerum in hoc universo occurrentium multitudo.
 Cum verò *omittere* hæcce velit *Gassendus*, quia in illis utique parum ro-
 boris pro sententia sua invenire potuit; Nos quoque sequentia potius con-
 sideramus, quando pergit: *Adjicio duntaxat, meritò Platonem haberi Pa-*
rentem totius Academiae; seu enim ejus Sectatores habebant omnia incompre-
hensibilia, suumque assensum æque continebant ab omnibus, existimantes vi-
delicet, nullam esse propositionem ratione suffultam, cujus opposita non pos-
sit pari ratione suffulciri, quod Arcefilai fuit institutum; sive aliqua ad-
mittebant præ aliis verosimilia, adeò ut etiam assensum ad ea inclinare pa-
terentur: Cum certa tamen ac indubitata minimè concederent, quod Car-
neadus propositum fuit: Profecto hoc unum propositum ipsis fuit, nihil
sciri. Clarissimò jam comprobatur exemplo *Gassendus*, quod Scepticum
 agat, & quidem duobus modis; tum, quia omnes Academicorum nomine
 ulos vult mentem retinuisse Platonis; tum quia eos planè omittit, qui post
 Platonem veteri Academiae annumerantur, productis tantummodò recen-
 tiorum Academicarum autoribus. Anne verò ullus mortalium statim cre-
 det, cum jure sententiæ cujusdam Parentem haberi, qui ut talis à nonnul-
 lis adducitur, reclamantibus cum ratione cæteris? Unde ergò accurati
 omnes catalogi scripta genuina à supposititiis discernunt? ut videre est ex
 A. Riveto (f) Roberto Coco (g) & Guiliel. Cave, (h) quod institutum eti-
 am secutus est ipse *Bellarminus*. (i) Sic quando *Petrus* ut Parens reli-
 gionis Pontificiæ & primus Papa producit à Papæ aſſeclis, an nudæ
 huic assertioni fidem adhibent, qui Romanis partibus non sunt additi?
 Saducæos malè provocare ad *Antigonum* à *Socho*, Præceptorem *Zadoci*,
 paulò antè percepimus. Pariter methodum suam disputandi *Augustinia-*
nam ab *Augustino*, cui illa familiaris fuerit, appellant *Adrianus* & *Petrus*
de Walenburg, fratres Batavi, quamvis eam *Sancto Patri nec usitatam nec*
cognitam unquam fuisse defendat *Nisanius*, (k) qui methodum hanc quo-
 que expendit, ac eam in ipsos autores retorquet, qui in illa se tamen in-
 venisse putant, non quod pueri in faba.

(f) C. 21. L. 4
 (g) in Cens.
 quorùdam
 Script.

(h) Script.
 Eccles. Hist.
 lit.

(i) de Script.
 Eccles.

(k) Ost. Hi-
 stor. Theol.
 p. 797.

§. 9. Ut autem clarius pateat, non omnes qui sub nomine Acade-
 micorum latitarunt, jure derivari à Platone posse, diversitas afferenda est Aca-
 demiarum. Communiter quinque ponuntur *Academiae*. *Prima*, quæ co-
 gnomen

gnomen *Veteris* adepta est, postquam *Arcesilas* alteram induxit. Nam *Platoni* successit cognatus ejus, *Speusippus*, quem pecuniæ amantem fuisse tradunt. Illi rursus condiscipulus ejus *Xenocrates Chalcedonius*, hebetioris ingenii vir, sed optimæ vitæ, illi *Polemo* Atheniensis, illi *Crates* Atheniensis & *Crantor* Solensis, qui duo singulari planè amore se invicem profecuti traduntur. Hi autem omnes ad veterem referuntur *Academiam*, teste *Varrone*, (l) quæ *Platonis* vestigiis insistens, quæ caperet, desinebat, quæ non caperet incerta relinquebat, ut ait *Vossius*. (m) *Secunda*, ab *Arcesila* proveniens, quæ ἀκαταληψίαν & ἐπιχῆν perpetuam induxit, statuens nihil posse sciri, ne illud quidem ipsum, quod *Socrates* sibi reliquisset, dicente *Cicer.*? (n) *Arcesilæ* discipulus fuit *Lacydes*, huic successerunt *Telectes* & *Evander*, quos nominat *Laërtius*, (o) quamvis apud *Ciceronem* *Lucullus* (p) solum *Evandrum* nominet. Huic autem successit *Egesimus*, prout à *Cicerone* vocatur ibidem, qui *Hegesippus* dicitur à *Laërtio* & à *Clemente Alexandrino* *Hegesilaus*, vid. *Voss.* (q) Addit simul *Lucullus* l. c., quod, licet tam ingenii acumine quam admirabili quodam lepore dicendi floruerit *Arcesilas*, tamen non invenerit multitudinem asseclarum, quoniam ejus philosophandi ratio proximè à *Lacyde* solo retenta sit. Et hoc quidem planè contrariatur *Laërtio* (r) referenti, quod hic *Lacydes* novæ principis academix sit. Quâ ratione vero *Lacydes* hic fraude servorum suorum circumventus fallaciam sensuum maximè defenderit, non absque risu cognosci potest ap. *Eusebium* (s) ex *Numenio*. Conf. *J. Casaub.* (t). Non negat quoque *Cicero* differentiam hujus *Academix* à priori, licet ei libenter hanc vellet gloriam tribuere, ut veteris *Academix* nomine insigniretur, quia sc. ea genuinam *Platonis* sententiam retinuerit. Sic enim loquitur: (u) *Hanc Academiam novam appellabant: quæ mihi vetus videtur: Siquidem Platonem ex illa veteri numeramus. Cujus in libris nihil affirmatur, & in utramque partem multa differuntur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur. Sed tamen illa, quam exposui vetus: hæc, nova nominetur: quæ usque ad Carneadem producta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilæ ratione permansit. De Platone statim. Tertia ad Carneadem spectat, referente Sexto Empir.* (x), quem sequitur *Vossius*. (y) *Lucullus* (z) confictam à *Carneade* philosophandi rationem *Arcesilæ* ait. *Augustinus* (a) *Carneadem* ait, primò illam velut calumniandi impudentiam *Arcesilæ* deposuisse, ne contra omnia velle dicere quasi ostentationis causa videretur. Differentiam *Carneadis* ab *Arcesila* in eo constituit

Vossius

(l) ap. *Cic.*
Acad. Qv.
 L. I. p. 4148.
 (m) de *Secl.*
Phil. p. 76.
 (n) l. c. p.
 4151.
 (o) l. c. p.
 115.
 (p) p. 4160.
 (q) l. c. p.
 77.

(r) l. c. p. lit.

(s) *Præp. E-*
vang. L. 14.
 (t) *Not ad*
Laërt. p. 40.

(u) *Acad.*
Qvæst. L. I.
 p. 4157.

(x) *Pyrrh.*
Hyp. p. 58.

L. I. C. 33.

(y) l. c. p. 78

(z) l. c. p.
 4160.

(a) *Contra*
Ac. L. 3 T. 1.

p. 319. Ed.
Bal. 1529. F.

Vossius l. c. [1] quia Carneades fateatur aliquid verum esse aut falsum: sed negaret esse in nobis *κατασκευασμένην* sive artem judicandi verumque à falso discernendi. [2] Non negaret aliquid probabile esse aut contra. Quale nihil Arcefilas assumerit. Recenset verba Vossii M. Wildt, (b) eadem approbando. Imò ipse Cicero in Lucullo (c) ex vulgari sententia eadem refert, dicens, *licebat enim nihil percipere & tamen opinari*: quod à Carneade dicitur probatum. Interim ipse Cicero non fuisse hanc sententiam Carneadis statuit, statim addens: *equidem Clitomacho plus quam Philoni aut Metrodoro credens, hoc magis ab eo disputatum, quam probatum puto.* Ut autem intelligamus, quid per vocem *opinari* indicetur apud Ciceronem, audire possumus explicationem Catuli, qui cum Hortensio auditor fuerat disputationis Lucillum inter atque Ciceronem habitæ. Hic enim de sua interrogatus sententia: (d) ad Patris, respondit, *revolvor sententiam, quam quidem ille Carneadeam esse dicebat, ut percipi nihil putem posse, assensurum autem non percepto, i. e. opinaturum sapientem existimem: Sed ita, ut intelligat, se opinari, sciatque nihil esse, quod comprehendere aut percipi possit.* Quando Vossius ut verba Ciceronis affert sequentia: (e) *Reliquit Carneades ejusmodi visa, quibus ad actionem excitemur: item ea, quæ interrogati in utramque partem respondere possimus, sequentes tantummodò, quod ita visum sit, dum sine assensu.* Observandum primò, quod nomen Carneadis in textu Ciceronis, testibus, quos nobis videre licuit, variis codicibus, non appareat, prout neque contextus id ipsum admittit; quia Cicero in anteced. placita se Academicorum expositurum dixerat, *quemadmodum ea dicantur à Clitomacho*, undè si vox *reliquit* ad personam quandam respectum habet, de Clitomacho accipenda est, de quo ante pariter dictum: *scripsit, adjungit &c.* Deindè, quod homonymia in voce *assensum sustinere* occurrens ab eodem Clitomacho evolvatur in verbis antecedentibus, dicente: *dupliciter dici assensus sustinere sapientem: Uno modo, cum hoc intelligatur, omninò eum nulli rei assentiri: altero, cum se à respondendo, ut aut approbet quid, aut improbet, sustineat, ut neque neget aliquid neque ajat.* Addit deinde, *alterum placere, ut nunquam assentiatur: alterum tenere, ut sequens probabilitatem, ubicunque hæc aut occurrat aut deficiat, aut etiam aut non respondere* (h. e. affirmare vel negare) possit. Et si jam reliqua Ciceronis verba, quibus in actu signato, ut vocant, Carneadis exponit sententiam, à Clitomacho (f) ejus discipulo, quicquid affert, sumens, ne quisquam id fingi suspicetur, adspicere placet, Vossium rectè

(b) Disp. I.
quod aliqd.
scitur. § 6.
(c) p. 4187.

(d) l. c. p.
4218.

(e) ex L. 4.
Ac. Quæst.
sive Lucul-
lo p. 4198.

(f) cujus 4.
libri erant
de sust. Ass.

4.

rectè limitandum esse patebit, quia aliàs consentientem *Ciceronem* habere non poterit. Refert nempe *Cicero*, *Carneadem*, cum duo de visorum generibus affirmari possent, nempe, ut illa vel dicerentur percipi posse & non, vel esse probabilia & non, statuisse, *tale visum nullum esse; ut perceptio consequeretur; ut autem probatio multa.* Etenim contra naturam esset, si probabile nihil esset; --- teneatur modò illud, non inesse in his quicquam tale, quale non etiam falsum nihil ab eo differens esse possit. Sic, quicquid acciderit specie probabile, si nihil se offert, quod sit probabilitati illi contrarium, utatur eò sapiens, ac sic omnis ratio vitæ gubernabitur. Quando itaque aliquid est probabile neque ulla re impeditum, moveri sapientem concedit; interim tamen eum non assentiri (nempe in mente sua) quia possit ejusmodi existere falsum aliquod, cujusmodi hoc verum. Imò his expositis, id ipsum quoque ex mente *Clitomachi* exponere vult *Cicero*, dicentis post alia quædam: *vehementer errare eos, qui dicant, ab Academia sensus eripi, à quibus nunquam dictum sit, aut colorem aut saporem aut sonum nullum esse: Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam.*

§. 10. Etsi verò hæc ita professi sunt secundæ & tertiæ *Academix* asseclæ, non desunt tamen, qui planè aliam fuisse eorum mentem existiment. Refert *Sextus Empiricus* (g) fuisse, qui censuerint *Arcesilam* reverà fuisse dogmaticum, licet prima fronte *Pyrrbonium* videretur. Periculum enim illum tantum fecisse, prolatis dubitationibus suis, an Auditores apti essent ad percipienda *Platonis* dogmata, quæ etiam acri ingenio præditis tradidisset. Addit *Sextus Aristonis* in ipsum dictionem, ante *Plato*, *Pyrrho* retro, medius *Diodorus*, quod etiam exhibet *Lærtius* (h). Clare autem hæc de re sententiam suam aperuit *B. Augustinus* (i), qui & ipsum *Academicorum* consilium, quare mentem suam occultarint, proponit, falsus tamen sub finem sequentia: *Hoc mihi de Academicis — probabiliter ut potui persuasi. Quod si falsum est, nihil ad me.* Refert itaque, quod successores *Platonis* sententiam ejus mysterii instar servaverint pariter & custodiverint. Itaque cum *Zeno*, à quo ortum habent *Stoici*, ad *Polemonem* venisset, quia jam alià usus erat informatione, non esse talem existimatum ait, cui sententia *Platonis* facilè prodi tradiq; deberet. Mortuo interea *Polemone*, cum ei succederet *Arcesilas* condiscipulus *Zenonis*, qui varia statuebat *Platoni* adversa: *Arcesilam* occultasse penitus *Academix* sententiam. Idque prudentissime atq; utilissime factum idem judicat *Augustinus*,

C

quia

(g) L. 1. C.
33. pag. 61.
Pyrrh. Hypot.

(h) De Vit.
Phil. p. 104.
(i) Contra
Acad. L. 3.
C. 17. p. 318.

(k) in it. cap.

quia Arcefilas maluerit *dedocere potius*, quos patiebatur malè doctos, quam docere, quos dociles non arbitratur. Inde, pergunt, nata sunt omnia, quae nova Academia tribuuntur. Deinde Carneadem illam velut calumniandi impudentiam, quae videbat Arcefilam non mediocriter infamatum, deposuisse, ne contra omnia velle dicere, quasi ostentationis causa videretur, sed semet ad evertendos Stoicos convertisse. Cum verò urgeretur, Sapientem nihil esse acturum, si nulli rei praeberet assensum: respondisse ex mente Platonis (quem sensitse duos esse mundos, unum intelligibilem, in quo ipsa veritas habitaret, istum autem sensibilem, in quo vivimus, nempe illi verisimilem & ad illius imaginem factum, (k) ante dixerat Augustus:) ipsum sequi id quod esset verisimile, quod etiam probabile appellari possit. Deinde Philonem aperire cedentibus hostibus portas cepisse, & ad Platonis auctoritatem Academiam legesque revocare. Quemadmodum & Metrodorus primus diceretur confessus esse, non reverà eam fuisse Academicorum sententiam, quod nihil possit comprehendere. Quamvis Philo, cum Antiochus (qui praeter ipsum etiam Mnesarchum Stoicum audiverat) in Academiam Stoicorum sententias inferre conaretur, arreptis illis armis ei restiterit. Postea verò, omni pertinaciâ demortuâ os illud Platonis dimotis nubibus erroris emicuisse tradit, maximè in Plotino.

(l) l. c. p. 254.

(m) Diff. de Meth,

§. II. Interim ut huic opinioni quis assensum praebeat, rationes non adeò stringentes adsunt, ita ut ipse laudatus PATER propriae suae assertioni non admodum fidat. Ortum verò illa exinde trahit, quia sententia: quod nihil sciatur, homine adeò indigna videtur, ut benè ipse Pyrrho, cane irruente perturbatus exprobandi dixerit, ut traditur, difficile prorsus esse hominem exuere, referente Laërtio, (l) licet se defensorem illius absurditatis semper futurum statim adiderit. Defendisse verò Arcefilam atque Carneadem ἀκαταληψίας pro aris & focis, ut non necesse habeamus existimare, nobis perperam fuisse relatas eorum cogitationes, (Quod saepe alias accidisse circa veterum sententias ait Cartesius, (m)) nemo negare potest, imprimis quia hanc de re testimonia satis clara exstant Ciceronis, Sextique Empirici, ut alios taceamus, & praeterea horum scripta, quibus eandem sententiam pingere pariter ac defendere laborant. Unde potius dolendum, quod tales Viri tantique rationis artibus abuti ad rationem ipsam evertendam voluerint. Ut autem hoc relinquamus, illud tantum vetus addentes, qualem Te invenio, talem Te iudicio: non potuisset sanè ad removendum malum à Zenone metuendum ullum excogitari remedium magis detestandum, quam defensio ἀκαταληψίας, non secus, ac si
medicus

medicus ad tollendam odontalgiam svaderet assumere venenum, quia vita sublata morbus esset cessaturus. Et si prudentissime legessit Arcesilas tali adhibito defensionis mediò, tum quoque Theologo licebit oppositiones Antitrinitariorum evitandi ergò ad tempus defendere, non dari DEum, donec adversarii ab errore desistant. Quis verò talia svadentem non magis insanum quam ridiculum proclamaret? Si errarunt Stoici, non tam abscondito disputandi modo in errore suo confirmari debuerunt, sed ex illo iusta ratione extrahi. Elegantia sunt verba Cornelii Martini, (n) quæ huc applicari possunt, quando ait: *Si à nostra sententia quosdam abire videamus --- ea argumenta afferemus, quæ meritò teneant vel invitum & reluctantem cogant adversarium, idque animò non perturbatò sed compositò. Quibus autem pro argumento ad manus est convitium (vel scepticus dolus) neque refutasse se adversarium opinantur, nisi insigniter ei maledixerint (vel Scepticis argumentis adversarium deceperint) homines illi sunt furiosi, neque unquam digni, quibus disputatio committatur.* Deinde etiam vel ipsa hanc ratione nova Academia veteri contrariatur, quæ nunquam docuit, sententiam suam tali modo esse defendendam.

(n) Analyt. Log. Part. I C. 10. p. 123

§. 12. Ad Carneadem in specie quod spectat, si sententia ejus vera fuit, quod nihil equidem possit percipi, quia non detur in nobis *πείθειον* verum à falso discernendi, interim tamen liceat assentiri non percepto, prout communis fert sententia, juxta ea, quæ à nobis antè dicta sunt, melior est ipsius Arcesilæ, quam hujus assertio. Quod ipsi etiam exprobavit Lucullus (o) sequentibus verbis: *Veri & falsi non modò cognitio, sed & natura tolletur, si nihil erit quod intersit, --- illud verò per absurdum, quod dicitis probabilia vos sequi, si nullâ re impediamini. Primum qui potestis non impediri, cum à veris falsa non distent? Deinde quod iudicium est veri, cum sit commune falsi? Ex his illa necessariò nata est ἐπιχρη, i. e. assensionis retentio: In qua melius sibi consistit Arcesilas, si vera sunt quæ de Carneade nonnulli existimant. Si enim percipi nihil potest, quod utrique visum est: tollendus assensus est: Quid enim est tam futile, quam quidquam approbare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamur solitum esse delabi interdum, ut diceret opinaturum --- Sapientem. Et Cicero quidem evitare hunc scopulum intendit, quando ex opinione Clitomachi asserit, non fuisse eam mentem Carneadis, verum tantummodò, quod affirmando vel negando opinionem suam aperire*

(o) p. 4179 adde pag 4165.

possit. Verum reverà, quò magis fucus illinitur sententiæ isti Academicæ, eò magis ipsius turpitudine apparet. Nam quomodo ille, qui ipse non potest assentiri, aliis sententiam suam aperire potest. Id etiam verum est, non posse eum quidpiam peragere, qui nullam rem assensu comprobat. (p) Nam actiones illas peragendo aut ostendit aliquis, percipere se, quid agat, quod est evertere sententiam Academicam, aut non; atque sic sollicitus esse debet, ne alienum à proposito agat. Atque ultimum hoc valet eòdem modò contra Arcesilam, qui admisit *rationi consentaneum*, & Pyrrhonios, qui admiserunt *apparentia non tam veritatis dijudicanda, quam vite degenda κερμενα*, dicente Gassendo (*).

(*) T. 1 p. 78
 (q) Pyrrh. Hyp. L. 1. C. 33. p. 58.
 (r) Præp. Evang. L. 14.
 (s) Sect. Phil. p. 79.
 (t) p. 4158.
 (u) Contra Acad. pag. 319.
 (x) ap. Cic. in Lucull. p. 4181.
 (y) Acad. quæst. L. 1. pag. 4141. & 4148.
 (z) p. 4154.
 (a) p. 4157.
 (b) Civit. DEI Lib. 8. §. 12.

§. 13. Sed pergamus ad reliqua. *Quarta* igitur Academicæ autor Philo est, & quinta *Antiochus*, quos supra commemoravit *Augustinus*. Conf. *Sextus Empiricus*, qui *Philoni* adjungit *Charmidam*. (q) Concessit verò *Philo*, quod Sapiens opinari possit, atque etiam quædam comprehendere, sed non ita certò, ut nihil obduci possit. Conf. *Eusebius* (r) ex *Numenio*, quem citat quoque *Vossius*. (s) Duos autem libros *Philo* scripsit, quos refutare aggressus est *Antiochus*, referente *Lucullo*, (t) qui ostendere volebat, apud *Platonem* esse *Stoicorum dogmata*, juxta *Empiricum* l. c. Infensus exindè *Antiocho Augustinus Fæneum* ipsum appellat *Platonicum* (u) quasi nihil solidi afferret. Et refert quidem *Caecilius*, (x) eum, cum multos annos contrarium sensisset, sententia destitisse. Imò *Cicero inconstantiam* illi exindè objiciens, quærit, *quis, inquam, iste dies illuxerit, --- qui illi ostenderit eam, quam multos annos esse negavisset veri & falsi notam*. Addit, factum illud obtinendæ gloriæ ergò, quia spes erat, fore, ut ipsum secuti *Antiochii* vocarentur. Verum, sicut *Antiochum* nimio conciliandi Academicos & Peripateticos, ut & Stoicos, studio flagrasse concedimus, conf. *Varronem* apud *Cic.*, (y) tamen eundem è Philosophis sui temporis ita excelluisse, ut eum *Lucullus* apud se habere Quæstor & postea Imperator gauderet; refert in *Lucullo Cicero*. (z) Atque ita contra Academicos disputavit, ut fateatur *Cicero* illorum defensor, *nunquam arbitror contra Academiam dictum esse subtilius*, prout & ex eo integer *Luculli* discursus, ipso fatente (a) desumptus est. Atque ea in re maximam meretur laudem, sive ex animi sententia, sive ad fallendos alios argumenta sua hi protulerint Sceptici.

§. 14. Adsunt verò etiam præter hos qui se Academicos nominarunt, dogmatum *Platonis* Amatores, qui toties variata Academia nomen sumserunt *Platonicorum*. Refert illuc *Apulejum* cum *Augustino* (b).

Vof.

Vossius, (c) ex cujus operibus meminit libri de dogmate *Platonis*. Sed opera ejus edidit conjunctim *Job. à Wouwer*. (d) Addit Vossius *Chalcidium*; eosque ex Latinis: & deinde ex Græcis ethnicam professis Religionem, *Plotinum* Ammonii discipulum; *Porphyrum* infensum Christianorum hostem, de quo consuli potest *Lucas Holstenius*; *Jamblichum* *Porphyrus* discipulum, cujus scripta nonnulla divulgavit *J. Arcerius Frisius* minus tamen emendata; *Syrianum Alexandrinum*, cujus scripta recenset *Suidas*, tanti æstimatum, eodem referente, ab *Isidoro Philosopho*, ut post *Platonem* & *Jamblichum* omnibus præferre consueverit *Syrianum*; *Proclum* *Syriani* discipulum hostem itidem Christianorum magnum, ex cujus scriptis editi sunt (e) libri in *Platonis* Theologiam, adjuncta ejus institutione Theolog: de cætero *Conf. Suidam*; *Marinum* *Nepolitanum* Successorem *Procli*, qui vitam ejus descripsit à *Porto* operibus junctam; *Maximum* *Tyrium* cujus sermones sive Disputationes 41. edidit *H. Stephani*; (f) *Alcinoum*, cujus exstat Epitome Philosophiæ *Platonice* versa à *Ficino*, emendata ab *J. Carpentario*, & commentario illustrata. Inter Christianos tanti olim æstimatus fuit *Plato*, ut plerique Patrum philosophia ejus in scriptis suis sint usi. Refert *Clementis Alexandrini*, *Eusebii* & *Augustini* verba, quibus *Platonem* magis quam par est laudant, *Ryffel*. (g) *Conf. etiam Ficinus* (h). Et ex *Platonica* Theologia mystica illa derivata est. *Vid J. Thomasius* (i). Sic *Origenes* *Platonismo*, varios debet errores, quæ de re *conf. Erasmus & Magn. D. D. Fechtium* (k). Quin etiam, (ut taceamus, *Simonem Magum* ex *Platonismo* multa hausisse, prout patet ex *Plotino* ap. *Ryffel*. (l.) præstantes postea *Platonici* fuerunt *Cardinalis Bessarion* *Platonis* contra *Georgium Trapezuntium* defensor (m), & *Gemisthus Pletho* contra *G. Scholarium* ostensurus, usque ad *Averrois* tempora principatum semper præ *Aristotele* obtinuisse *Platonem* (n). Et illi quidem duo inter Græcos fuerunt, sicut inter Latinos *Marfilius Ficinus*, qui *Platonem* vertit, additis quoque dialogorum argumentis brevibusque commentariis, ut ipse loquitur (o), & *Wesselus* *Gröningensis*, communi consensu dictus *Lux mundi*, qui relicta ob monastici ordinis odium professione Theologica, ad quam in *Academia Heidelberg*. Anno 1417. vocatus erat, Philosophicam suscepit, Philosophiam professus *Platoniam*, quam *Christianismo* utiliore & convenientiore existimabat, dicente *Hornio* (p). Ex Judæis quoque *Philo* *Platonis* accensetur ob illud vulgare, ἡ Φίλων Πλατωνίζεις ἢ Πλάτων Φιλωνίζεις.

(c) l. e. p. 80
(d) A. 1606.
in 12.

(e) cura A
Porti Ham-
burgi 1618.
F.

(f) Parisiis,
1557. in 8vo.

(g) Cont.
Vossii pag.
167.

(h) Op. præf.
(i) Schedi-
asm. & Diff.
2. & 3. de
Phil. stoica.
(k) Tract.
pecul.

(l) p. 168. l. e.
(m) Lib. IV.
contra Ca-
lumniator.
Platonis.

(n) Conf.
Jonf. Script.
Hist. Philos.
p. 309.

(o) in præf.
edit, Frobe-

C 3

Verum

nianæ Anno 1532. (p) Hist. Phil. I, 6. C, 6. p. 305,

Verum quia *superstites libri Philonis nomine Platonicum genium non spirant*, neque indubitata ea de re testimonia haberi possunt, notante *Jonsio* (q), rem in dubio relinquimus. Scepticus verò nemo ex iis dici poterit.

(q) l. c. p. 225.

§. 15. Vidimus hactenus eorum, qui semet *Platonem* sequi professi sunt, mentem. Undè facile apparet, quod non alios quam secundæ & tertiæ & ad summum etiam quartæ assedas pro sua sententia allegare *Gassendus* queat. Ut jam de ipso Platone aliquid addamus: an dogmaticus fuerit, quæstionem movet quoque *Laërtius*, (r) quam ita decidit, *Plato quæ percepit hæc enunciat: falsa quæ sunt redarguit, de incertis assensum sustinet.* Addit verò deindè, nominibus eum variè esse usum, ne ab indoctis facile perciperetur (s).

(r) l. c. p. 81.

(s) l. c. p. 84.

Et quatuor nominat personas, per quas sententiam suam in Dialogis enunciet *Plato: Socratem, Timæum, Atheniensem hospitem & Elcatem hospitem*, nominatis deindè ejus dialogis 56, eorumque ordine consuetò, divisiones rerum ab isto adhibitas recenset, (t) cum antea dogmata ejus recensuisset. (u) Interim de sermonibus *Platonis, Marsilius Ficinus*, qui eos libris 37. exhibet, tale fert judicium: (x) *quæ in epistolis vel in libris de legibus vel Epinomi Plato ipse suo differit ore, certissima vult haberi. Quæ verò in cæteris libris Socratis, Timæi, Parmenidis, Zenonis ore disputat, verosimilia.* Exhibet inter ista dogmata *Platonis Laërtius*, quod omnium rerum duo sint principia *Θεὸς καὶ ὕλη*, quam sententiam quoque adducit refutando I: *Abendana* (y) inquit: *ולא היה שם חומר* Et non fuit ibi (in initio Creationis) antea materia secundum sententiam *Platonis*. Reliqua suo loco videri possunt. Et quid opus est muttis? Adducere enim possumus potissimum Scepticorum Patronum Sextum, qui ipsum *Platonem* ex numero suorum ejicit, dicens: (z) *Platonem, cum de ideis pronunciat, aut providentiam esse, aut vitam cum virtute conjunctam præferendam esse vitæ, quæ sit cum vitiis conjuncta: Sive is tanquam existentibus assentitur, dogmaticè pronunciat: sive tanquam probabilioribus assentitur, quia alterum alteri præfert ad fidem obtinendam aut non obtinendam, à Sceptica forma discedit. Etiam si autem quædam Scepticorum more pronunciet, quum, ut ajunt, se exercet, non ideò erit Scepticus.* Et ipse *Gassendus* postea (a) *Pythagoræis* accenset *Platonem* quia tametsi visus inter eos fuit, qui sustulere *κατ'επινοίαν* veritatis, id tamen videatur tantum accipi respectu *sensibilium rerum* --- non item verò respectu *rerum intelligibilium*. De ipso Platone interim, sectæque *Platonice*

(t) à p. 88. usque 95.

(u) à p. 85. usque 88.

(x) in Vit. Plat.

(y) לקט שכתב
addito

מכלל ירפוי.

(z) Pyrrh. Hyp. L. 1. C. 33. P. 58.

(a) Tom. 1. pag. 77.

ולא היה שם חומר Et non fuit ibi (in initio Creationis) antea materia secundum sententiam *Platonis*. Reliqua suo loco videri possunt. Et quid opus est muttis? Adducere enim possumus potissimum Scepticorum Patronum Sextum, qui ipsum *Platonem* ex numero suorum ejicit, dicens: (z) *Platonem, cum de ideis pronunciat, aut providentiam esse, aut vitam cum virtute conjunctam præferendam esse vitæ, quæ sit cum vitiis conjuncta: Sive is tanquam existentibus assentitur, dogmaticè pronunciat: sive tanquam probabilioribus assentitur, quia alterum alteri præfert ad fidem obtinendam aut non obtinendam, à Sceptica forma discedit. Etiam si autem quædam Scepticorum more pronunciet, quum, ut ajunt, se exercet, non ideò erit Scepticus.* Et ipse *Gassendus* postea (a) *Pythagoræis* accenset *Platonem* quia tametsi visus inter eos fuit, qui sustulere *κατ'επινοίαν* veritatis, id tamen videatur tantum accipi respectu *sensibilium rerum* --- non item verò respectu *rerum intelligibilium*. De ipso Platone interim, sectæque *Platonice*

nicæ fati conferri potest *R. Rapius* (b), quem recensent *Acta Erudit. Lips.* (c) item *C. Fleury*, Platonicus (d) cujus mentio fit in *Actis* iisdem (e). Conf. quoque *Seldenum* (f), ex quo quædam de versione Platonis, ut & aliorum Philosophorum Seculo XII facta refert *Tenzel*. (g).

§. 16. Quando *Gassendus* porro putat, quod constet apud omnes, qui sectarum habuerint notitiam, & *Pyrrhonis* & *Arcesilai* unam esse Philosophiam, ex ipso *Empirico* suo audire poterit, quod nimis liberaliter hic loquatur. Licet enim hic magnopere fidat *Arcesilæ*, ut statim audiemus, tamen non absque dubitatione id dicere ausus est, inquam; nisi dicat aliquis, nos hæc secundum id, quod apparet nobis, dicere, & non affirmantes. Illum autem secundum naturam, adeo, ut bonum quidem ipsam epochen, malum autem ipsam assensionem dicat (h). Huic discrimini aliud manifestius addere vult *Vossius*, (i) dicens, quod Academici dixerint, illud se comprehendere, quod nihil comprehendi possit. Quod etiam asserit *Gellius* (k), & ex eo *Hornius* (l). Ast illud *Empiricus* quidem novæ *Academiae* alumnus, h. e., *Carneadis* asseclis tribui posse non negat (m), sed de *Arcesila* seqv. pronuntiat (n), magnam mihi videtur cum *Pyrrhonorum* verbis affinitatem habere: adeo, ut una propemodum sit disciplina ejus & nostra, — de omnibus assensum retinet.

§. 17. Sicut autem libenter credimus, quod *Pyrrho* huc pertineat, in cujus vestigiis totum se insistere h. l. *Gassendus* profitetur: (de quo Sect. seqv.) ita miramur, quod huc *Epicurum* idem referat, quem admiratum conversationem institutumque *Pyrrhonis* haud secus fuisse philosophatum censet. Optimum sane est, quod hoc statim relicto alium substituere velit. Non enim sequitur, quod, qui amicûs est alteri, ejus etiam sententiæ sit addictus. Sic *Ciceronem*, contra quem disputat, hominem amicissimum vocat *Lucullus* (o). Varia autem eruditione instructum fuisse *Pyrrhonem* non negamus. Qui autem dubitat, an dogmaticus fuerit *Epicurus*, adeat *Phil. Epicuri Syntagma* (p) & *Præf.* (q). Sed nihil juvabit is quem substituere conatur *Gassendus*, à quo ille & *Philosophiam* & *nomen aliquando derivavit*, nempe *Democritus*; inter cujus laudes commemorat, quod omniscius habitus sit — artiumque omnium peritiam calluerit. Verba *Democriti* sequentia sunt: *Nihil novimus, nam veritas in profundo est.* Verum sane manet, quod asserit *Lucullus* (r), neque *Arcesila* (vel aliorum *Scepticorum*) calumnia conferenda est cum *Democriti* verecundia. Ex modestia enim & comparative respectu ad multitudinem rerum habito illud

(b) *Comp. Magn. Vir ex Antiq.* Tom. I.

(c) *Ac.* 1686 p. 195. seq.

(d) *Dissert. de Platone.*

(e) *Ac.* 1688. p. 369.

(f) *Comm. in Eutychiû* p. 156.

(g) *Monast. liche Unterredungen* Anno 1693.

(h) *Pyrrh. Hypot.* p. 61.

(i) *Phil. Sect.* p. III.

(k) *Noct. Att. Lib. II.*

(l) *Hist. Phil.* C. 5. p. 397.

(m) *l. c.* p. 59.

(n) *l. c.* pag. 60.

(o) p. 4180.

(p) *Collect. à Gass. T. I.*

p. 3. usq; 94.

(q) *Exerc. Anti-Gass.*

(r) p. 4159.

- illud suum protulit *Democritus*, non secus ac *Socrates*, se nihil scire. An autem dogmaticus sit *Democritus*, judicem nos inter atque *Gassendum* ipsum constituemus *Gassendi* fautorem *Empiricum*, qui, in eo, inquit, quod ait, secundum veritatem existere atomos & vacuum, eum à nobis differre, supervacaneum dicere arbitror. (s) Et ipsa hæc hypothesis est, quam imitatus est postea *Epicurus*. Et alio loco *Empiricus*, (t) & ex eo *Gassendus* (u) *Democritum* tradunt, cognitionem quidem, quæ est per sensus, rejecisse, eam tamen, quæ est per mentem, retinuisse, cui tribuerit veritatis judicium (x).
- §. 18. Adjungit quoque reliquos à *Laertio* citatos *Gassendus*. Quando vero *Hippocrates* huc recensetur, quia ille *ambiguo atque humano more loquatur*, non nisi risus excitari poterit, quia ambiguitas, quin & dubitatio in rebus medicis non efficit *Scepticum*. Vid. *Menag.* (y) Et dogmaticum illum fuisse postea *Gassendus* exinde ostendit, quia *Hippocrates* est autor ἀφορισμῶν, quæ significant ratas sententias (z). Id etiam observandum, quod *Laertius* eos, quos adducit, viros, citet tantum ex relatione *Scepticorum*, prout contextus clare ostendit. (a) *Gassendus* vero h. l. (b) de omnibus assertivè pronuntiet, tot ac tanti viri — nihil sciri posse adeo constanter pronuntiaverunt; in citando *Laertio* vero ambiguas adhibeat voces, quod hoc testetur, quod eos viros citet. Producit vero ulterius *Gassendus* *Heraclitum*, qui adstruendum esse quippiam temerè negaverit. Hunc postea *Gassendus* (c) intellectum, ut veritatis criterium assumpsisse, ait, *Sextus Empiricus* vero (d) *Heraclitum* à semet differre probat, quia de multis incertis dogmatice pronuntiet, quæ *Scepticus* reprehendat, repugnans etiam huic, quod dicit, contraria circa idem existere. Sequitur *Empedocles*, qui id solum probari existimaverit, quod quisque putaverit. De hoc *Empedocle* equidem *Lucullus* concedit (e) exclamare eum, ut interdum — furere videatur, abstrusa esse omnia, nihil nos — omnino, quale sit, posse reperire. Interim *Gassendus* (f) postea eum inter illos recenset, qui intellectum agnoverint pro criterio veritatis. Sequuntur *Xenophanes*, quem quidem non concessisse nisi opinionem largimur; & *Zeno Eleates*, quem tamen dogmaticam proponere *Logicam* concedit *Gassendus* l. c.; quamvis eum per cavillationes suas logicas scientiarum stabilitatem fere sustulisse tradat *P. de Villemandy* (g). Adjunguntur pariter VII. in Græcia habitii *Sapientes*, & post *Archilochum* & *Euripidem* *Homerus*. Sed approbanda est sententia *Hornii* (h) quærentis, quasi hoc unquam

(s) l. c. l. i. c. 30. p. 55.

(t) L. i. adv. Logicos.

(u) T. I. p. 77.

(x) in Lib. Canonum.

(y) Observ. ad Laert. h.

l. p. 251.

(z) T. I. p. 77.

(a) pag. 255.

(b) T. III. p. 206.

(c) Tom. I. p. 77.

(d) Pyrrh. Hypot. L. I. C. 29.

(e) p. 459.

(f) L. c. p. 77.

(g) in Scepticismo debellatoc.

4. p. 22.

(h) Hist. Ph. L. 3. C. 18. p. 210.

quam

quam vel in Poëtarum Principe, vel in VII. Sapientum dogmatis animadvertit. Sane non nisi ridiculè sententiam illam: *Ne quid nimis*: huc trahi, quilibet videt. Sequuntur in Gassendo Parmenides, Anaxagoras, Protagoras, & Cratylus. Sed neque hic necesse est, ut hæc nomina ipsis concedamus Scepticis, quemadmodum quoad nonnulla hic facilem se exhibet M. Wildt (i). Nam ex his Parmenidem atque Anaxagoram intellectum veritatis notam constituisse, adducit ipse Gassendus (k). Protagoram verò quædam dogmaticè pronuntiare ait Sextus Emp. (l). Addimus taudem generalem Luculli ad citationem horum Virorum responsionem (m), Scepticos ita alloquentis: *Vos cum perturbare, ut illi [seditiosi] Remp., sic vos Philosophiam bene jam constitutam velitis, Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, Parmenidem, Xenophanem — profertis. Et tamen isti Physicorum àdmodum, cum hærent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati. — Majorem autem partem mihi quidem omnes isti videntur nimis etiam quædam affirmare, plus quæ profiteri se scire, quam sciunt. Quod ejus effatum non potuit in responsione pro Scepticis delere Cicero. Quamvis interim non adeo mirandum foret, si etiam alii ante Pyrrhonem eundem errorem errassent; prout neque hic in omnibus passibus excusandos esse omnes, de quibus dictum est, libenter fatemur.*

(i) Quod aliquid scitur
Diff. 1. §. 3.
Lips. 1664.
(k) l. c. p. 77
(l) Pyrrh.
Hyp. p. 17.
(m) p. 4159.

Sectio posterior Historiam Scepticismi genuinam una cum natura ejus breviter exhibens.

§. 1. **S**cepticismi vox ex græco descendit. Sceptici enim *ἀπὸ τῆς σκέπτεσθαι αἰὲν καὶ μηδέποτε εὐρίσκειν* à semper quærendo, et si nunquam inveniant, dicti sunt, indicante Laërtio (a). Dicitur alias institutio *ζητητικὴ* sive quæstorica, item *ἀπορητικὴ* sive dubitatoria, item *ἰφεικτικὴ* sive recensoria sc. assensionis. vid. Sextus Empiricus (b), Laërtius (c), Gellius (d). Addit Sextus, etiam Pyrrhoniam appellari posse à Pyrrhone. Prout quoque aliis Sectis contigit, ut vel ab Autoribus suis, vel certis quibusdam rebus denominatæ sint. Conf. Laërtius (e) & Simplicius atque Ammonius (f) & ex his Gassendus (g). Potest etiam, vocabulis hodiè usitatissimis appellari suo modo *Indifferentismus & Libertinismus*.

(a) l. c. p. 254.
(b) Pyrrh. hyp. 1. l. c. 3.
(c) l. c.
(d) Noët. att. 1. 11. c. 5.
(e) Præf.
(f) Goleg. in Categ.
(g) Tom. I. p. 16.
(h) ap Laërt. l. c. p. 79

§. 2. Sicuti autem veritatem, quæ juxta Platonis effatum (h) præclarum quiddam est, ubique persequitur Scepticismus, ita quoque modo in genere

D

genere contra omnia insurgit, & *universalis*; modo veritates magis particulares sibi evertendas sumit, & *particularis* appellari potest; ut breviter observavimus (i). Unde iis, qui priorem profitentur, *simpliciter & absolutè* nomen Scepticorum tribui potest, illis verò, qui posteriorem sequuntur, tantum *secundum quid, & cum addito*, in certa sc. materia, quia in aliis Dogmata statuere possunt.

§. 3. Ut autem de *particulari* breviter quædam delibemus: invaluisse illum ipsa *Theologia sacraria*, jam dictum. (k) Idque per *methodum Scholasticorum* etiam factum esse, asserit *Villemandy* (l), quando illa quæstiones Theologicas in utramque partem ventilat, raro interposita decisione. Citat huc ille *Radam* (m) it. *Allemandet* (n) *Franciscum* à S. *Augustino* (o) & *Arriagam* (p). Simile iudicium H. *Heideggeri* (q) adducit celeberrimus *Lips. Theologus D. D. Seligmann*. (cujus, ut Hospitis quondam sui & Fautoris perpetui plurima sibi Lipsiæ exhibita beneficia grato semper ore deprædicat Dominus Præses.) (r). Addit defensores *probabilismi* & in specie *Terillum*, (s) nec non *Pontificios* disputantes de eminentia Papæ supra concilia *Villemandy* l. c.; ipsum *Papam* in materia de immaculata conceptione Mariæ *Seligmannus* (t), ut & aliis in rebus *Pontificios* (u) *Calvinianos* (x) *Socinianos Arm.* (y) & *Entusiastas* (z) Conf. idem in *Libertinismo sentiendi & credendi*. Quod verò *indifferentiamus*, qui hodiè maximè regnare tentat, huc spectet, indicatum in *Proem*. Sed de his ex professo agere Theologicæ convenit cathedræ. Provocamus tantum ad elegantem L. F. E. *Kettneri Diss. de Religione prudentum*, & Magn. D. D. *Fechti Colleg. MSC. Conf. etiam* | *Amiraldum de Relig. Indiff. & Kromajer. de Libert. credendi*. Pariter B. *Spinosa* & *Hobbesius* non tutò quæquam Scripturæ innitiposse, conati sunt ostendere. Quorsum etiam non malè referri J. *Vossium*, Richard, *Simonis* aliosque, qui *Scripturæ* corruptionem defendunt, ut eam liberè censuræ suæ subicere possint, ait *Buddaus*. (a) Scepticismum denique commendant judæi, dum in *Lib. Siphre* seq. proferunt: de Magistris suis, אפילו שמאל ועל ימין שהוא שמאל ועל ימין שהוא ימין שמע להם. *Etiamsi ostendentes dextram dicant, quod sit sinistra, & sinistram, quod sit dextra; tamen obtempera illis*. Conf. *Frischmuth diss. an Ebraei statuunt idem simul esse & non esse*. *Physicarum* porrò rerum certitudinem Scepticismus labefactare conatus est. Citat illuc C. *Berigardum* (b), qui omnes res physicas ex principiis *Aristotelis* ita declarat, ut easdem ex oppositis *Anaximandri* hypothesebus, perpetuò impugnet; & *Seb. Bassonem*, qui,

(i) Sect. 1. §. 1.

(k) in Proemio.

(l) Scept de bell. p. 13.

(m) in contro. inter Thomam & Scot.

(n) in Cursu Theol.

(o) in Thomæ & Scoti collat.

(p) Disput. Theol. in Thom.

(q) Disput. sel. Tom. 1. p. 16.

(r) Dissert. Theologus *Diogenes* x. c. §. 8.

(s) Tract. de consc. probabilis.

(t) l. c. §. 9.

(u) §. 10.

(x) §. 11. 12.

(y) §. 13.

(z) §. 14.

(a) Scept. mor. §. 1.

(b) in Circulis pisanis.

qui,

(c) qui, licet illo moderatior, remotis tamen Aristotelis dogmatibus nulla ferè meliora & certiora afferat: It. in multis *Gassendum* (qui tamen in physicis varia posse reperiri defendit, (d)) quem secutus *Bernierius* varios profert scrupulos quibus ipsum systema Philosophiæ Gassendianæ, quæ tamen ipsi præ reliquis arripserat, labefactatur; conf. *dubia* ipsius, recensita quoque in actis Lipsi. (e); antè laudatus *Villem.* Imò & *Cartesium*, in quantum ille sensibus fidem planè denegat, aliquid tradere, quod *Scepticismo* faveat, idem asseruerat (f), quod ex illo refert *Buddeus* l. c. §. 6. *Moralia* ulterius invasit Scepticismus, quem ea ratione *Carneadeum* appellat *Villemandy* (g), sed minus congruè, quia *Carneades* omnia impugnavit. Spectant hùc illi, qui boni & mali naturam à liberrima DEI voluntate ita sancitam esse volunt, ut mutatâ eâ voluntate, quod nunc justum est possit reddi injustum. Pro qua sententia conf. *Occam* (h) & *Almayn* (i). Illi quoque, qui volunt supremam actionis cujuscunque regulam privatam esse cujuscunque conscientiam, ad hunc Scepticismum reducuntur à *Villem.* (k), qui pariter asserit, (l) *Spinosam* (m) justii & injusti discrimen tollere, quando jus hominum naturale ex cupiditatum & potentia mensura circumscribit, nec non *Machiavellum* (n), qui unicè illa commendat, quæ inserviunt utilitati. Latius quoque idem deducit (o), quod *politicam* Scepticismus invaserit, quando quidam Politici nullam aliam agnoscunt, nisi externam Reipublicæ Salutem & temporalem, unde nihil in societate stabile ac fixum ponere possint. Adducit hic *Machiavellum*, omnia facta, modò ad Principis referantur securitatem, honesta & recta proclamantem. (p) Alia mittimus.

§. 4. Ad universalem verò Scepticismum quod spectat, non solum olim, & cum scientiæ primum inter *Græcos* illucerent, verum etiam seculis post natum Christum dati sunt, qui eum sive seriò sive simulatè fuerunt àmplexi, & *hodiè* etiam haud parvum eorum esse numerum, etsi mentem suam plerumque occultent, asserit *Villem.*; qui conferatur (q). Interim ille non una quoque sub forma sese oculis nostris exhibet. Asseclas enim ejus ex *Montano* ita distingvit *artis cogitandi Autor* (r): *Aliqui, novi nimirum Academici certitudinem solam proscribentes verisimilitudinem admittebant, alii, ut Pyrrhonii, etiam banc negabant.* Conf. *Sextum Emp.* eò tendentem (s), ubi ille, quod notandum, *Carneadis* asseclas nomine novæ Academiæ intelligit. Alias ipse hic *Sextus* (t) & ex eo *Gassendus* (u) tres con-

D 2

stituunt,

(t) l. c. L. 1. C. 1. (u) Tom. I. p. 13.

(c) in Phil. Nat. adv. Arist.

(d) Tom. I. pag. 79.

(e) Anno 83. p. 472.

(f) l. c. C. 2. pag. 9.

(g) C. 3. vid. index.

(h) in II. Cent. quæst. 19.

(i) Part. 3. Tract. Mor.

(k) l. c. C. 2. p. 10, 11.

(l) C. 4 p. 30.

(m) in Tract. Theolog.

Pol. C. 16.

(n) in Principe.

(o) C. 2. p. 12.

(p) in Principe C. 15.

(q) l. c. C. 1. & C. 4.

(r) Part. 4. C. 1. p. 463.

(s) Pyrrh. Hyp. L. 1. c.

93. p. 190.

stituunt *generalissimas philosophandi rationes*, [1] eorum, qui se verum invenisse dicunt, quæ *dogmatica*, [2] eorum, qui statuunt hoc unum se comprehendere, quod verum comprehendi non possit, quæ *acataleptica*, [3] eorum, qui perpetuò quærent, assensum de omnibus sustinentes, quæ *Sceptica* appelletur. Ad *mediam Sextus Emp. Clitomachum* atque *Carneadem* refert, & ejusmodi *Academicos*. *Gassendus* verò *Academicos* ab *Arcefila* institutos; quod non posse fieri juxta mentem *Sexti Emp.* & *Ciceronis* ex dictis antea patuit. Et *Arcefilam* quidem juxta *Scepticorum* principia melius statuisse, clarum est; quia illi *judicium veri & falsi planè sustulerunt*, refutantes eos, qui ullum dari certum veri & falsi criterium vel instrumentum defendunt, sive sensum sive intellectum sive utrumque conjunctim hùc referant. Vid. *Gassendus* (x) *C. Thomafius*. (y) *Acataleptici* enim sententiam illam asserto hocce suo labefactarunt, *Socratico* abusi dicitio. In eo verò, quod nulla detur vera ac certa *scientia*, hactenus adducti contra *Dogmaticos* consenserunt; Undè doctissimus *Jonfius* *subtilem esse distinctionem Scepticorum ab Acatalepticis*, cum eam ex *Gellio* protulisset, exclamat, (z) qui simul refert, (a) quod juxta *Lampriam Plutarchus* peculiari tractatu egerit *de differentia Pyrrhonorum & Academicorum*. Atque sic non negandum, quod *Acatalepticis* quoque nomen *Scepticorum*, paulò laxius acceptum, benè conveniat, æquè ut illis, qui nudam admittunt verisimilitudinem. Quam etiam acceptionem usus frequens comprobat. Quinimo evincere possumus, quod ipsi *Sceptici strictissimè ita dicti*, sive confiteri velint sive nolint, quædam ut certa admittant: nempe hanc hypothesin: *de omnibus esse dubitandum*. Quod si enim de hac ipsa quoque semet dubitare dicunt, non possunt non eandem magis magisque confirmare. Conf. *M. Wildt*. (b) Item, quando ex dubitatione animi tranquillitatem sequi contendunt, neque aliam dari ad hanc felicitatem viam. Vid. *Sextus Emp.* (c) Conf. *Villem.*, qui de hac re agit fusius. (d) Sunt verò præterea ex iis, qui omnia in dubio relinquere volunt, qui ipsam quoque rerum *existentiam* in dubium vocarunt, quorsum refertur *Gorgias Leontinus* (e) unà cum aliis à *Sexto* alibi citatis (f). Et hujus quidem generis, qui id seriò statuerint, homines, unquam existisse dubitat *Villem.* Sed si tales dari concedit, qui omnia præter existentiam seriò in dubium vocarunt, non putamus improbabile esse, etiam hos potuisse dari, iisdem scilicet principiis usos, quod nullum planè detur veri atque falsi criterium. Cæterum *Sceptici strictissimè ita dicti* hos quoque ex ordine suo removent.

(x) Tom. p. 69. seqq.
 (y) Introd. ad Phil. Aul. p. 174. C. 5. §. 29.
 (z) de Script. hist. phil. p. 632.
 (a) pag. 235.

(b) quod aliquid scitur diff. 4. §. 10.
 (c) l. c. C. 12. p. 15.
 (d) l. c. C. 10. p. 13.
 (e) in Tract. de eo quod non est.
 (f) L. adversus Mathematicos p. 49.

§. 5. Ut

§. 5. Ut igitur ulterius Scepticismi, strictissime ita dicti, naturam ex mente ipsorum Pyrrhonorum (quorum vestigiis semet in presenti exercitatione insistere ipse Gassendus confessus est, conf. Sect. 1.) & præcipui imprimis eorum Antesignani Sexti Empirici, cognoscamus; hic (g) sequentem ejus tradit definitionem: quod sit facultas, quæ ea, quæ sub sensum cadunt, iis, quæ mente & intellectu percipiuntur, opponit: Idque quolibet modo (ut indicetur, etiam sensibilia sensibilibus & intellectualia intellectualibus opponi posse) à qua quidem devenimus, propter paria in oppositis rebus ac orationibus momenta, primum quidem ad assensus retentionem: deinde verò ad vacuitatem a perturbatione. Hac proposita def., principium Scepticismi hoc vocat: omni orationi orationem æqualis ponderis ac momenti adversari. (h) Indeque Scepticos nulla statuere dogmata ait, ita, ut assensum illis rebus præbeant, de quibus in scientiis quæritur, licet passionibus assentiantur; (i) atque tali sensu quoque non habere sectam, licet sectam constituere dici possint hoc sensu; quod adhæreant rationi cuidam, quæ secundum id, quod apparet, monstret vivere ad patrios ritus, atque assensum retinere doceat; (k) undè & totam philosophiam tantum eatenus tractent, quatenus omni orationi orationem æqualem possint opponere. (l) Non tollere tamen eos, pergit, apparentias rerum; sed quando quæritur, an tale sit ipsum subiectum, quale apparet, dubitare, licet interdum de ipso quoque apparente quæstionem moveant, ob dogmaticorum temeritatem. (m) Unde ipsum apprensus sit criterium, cui adhaerentes in vita communi quædam agant, quædam non, opinione omni liberi. (n) Finem porro Scepticismi esse, ad dit, imperturbatum mentis statum (sive tranquillitatem animi) circa ea, quæ ad opinionem spectant, & in coactis moderationem, qui finis proveniat ab εἰρησυχίᾳ sive assensus retentione, cum non opinentur Sceptici, aliquid natura bonum aut malum esse. (o) Modum denique ad εἰρησυχίαν perveniendi, esse, generatim loquendo, mutuam rerum inter se oppositionem; opponendo apparentia apparentibus aut intellectualia intellectualibus aut permutatim, ita ut Scepticos tali etiam propositioni, quæ validâ ratione niti nunc videatur, nondum tamen assentiri oporteat, quia & olim multa abscondita fuerint dogmaticis, quæ postea pro certis habent. (p) Tradiderunt autem Sceptici antiquiores X. modos speciales sive sedes argumentorum suorum adversus scientias, quæ recensentur prolixè à Sexto (q) & breviter à Dno. Praside. (r) Recentiores V, (s) & adhuc II. alios, (t) & Onesidem præ-

(g) Pyrrh. hyp. L. 1. C. 4.

(h) Cap. 6.

(i) Cap. 7.

(k) Cap. 8.

(l) Cap. 9.

(m) Cap. 10.

(n) Cap. 11.

(o) Cap. 12.

(p) Cap. 13.

(q) C. 14. &

p. 17. usque

45.

D 3

terea

(r) de Log. orta & progressu §. 17. (s) ap. Sext, Emp. C. 15, (t) Cap. 16.

- terea octo tales, quibus existimat se omnem dogmaticam Aetiologiam, ne
 (u) Cap. 17. vitiosam refellere. (u) His expositis subjungit Sextus dilucidationem vo-
 (x) à Cap. 18. cum, quas adhibeant Sceptici, ut non magis &c. (x) quas etiam antè ma-
 usque 27. nuerat C. 7. à semet ita adhiberi, non quasi illæ omninò certæ essent, sed
 quia seipsas unà cum reliquis omnibus destruerent. Vocem enim nibilo
 magis cum aliis etiam seipsam dicere nibilo magis esse; Quod ulterius de-
 (y) Cap. 28. clarat, (y) ubi simile affert purgantium medicamentorum. Tum denique
 differentiam Scepticismi à finitimis ipsi Philosophiis adducit, nempe Hera-
 (z) Cap. 29. cliti, (z) Democriti, (a) Cyrenaica, (b) Protagora, (c) Academica (d)
 (a) Cap. 30. atque experientia medica (ff) quibus exhibitis librum primum claudit.
 (b) Cap. 31. §. 6. Primum Scepticismi ortum nos ab ipso Diabolo derivare, pa-
 (c) Cap. 32. tet ex dictis. (e) Postea non excusandi sunt in totum illi, qui aut sen-
 (d) Cap. 33. sum aut intellectum noluerunt agnoscere pro veritatis criteriis. Zenonem
 (ff) Cap. 34. Eleatem & Heraclitum Scepticos jure posse utcumque appellari, quia fun-
 (e) Sect. 1. §. 5. damenta ejus jecerint cum aliis ejusdem ordinis, tradit Villem., (f) eumque
 (f) C. 4, p. secutus Budd. (g) Sed inter Scepticos propriè numerandos Arcesila &
 22. 23. Pyrrhonis discipulos Villem. rectè defendit ibid. Quod tamen utique ita
 (g) C. §. 3. intelligendum, ut ipsi hi duumviri includantur. Uterque autem a Socrate
 derivatur, nempe prior mediante Platone, posterior Anaxarcho. (h) De
 (h) Vid. Arcesila aliquid dictum Sect. antec. Ad Pyrrhonem verò quod spectat,
 Thomaf, in- qui solidius & apertius Sceptis tractavisse meritò dicitur, quam illi, qui
 rrod, p. 12. antecesserunt, teste Sexto, (i) ille Præceptoribus usus Drysone & Anaxarcho,
 C. 1. §. 21. cum primum pictor fuisset, hunc cum Alex. in Indiam usque est secutus, & cum
 (i) L. 1. C. 3. Gymnosophistis & Magis sermonem habuit. Et sicut ubique assensus reten-
 tionem postulavit, ita juxta nonnullos vitam egit huic opinioni consentane-
 am, ut nihil quidquam vitaret, nihil caveret, omnia subiret, plaustrum, si
 fors obtulisset, prærupta loca, canes non declinaret. Sed meritò hæc refu-
 tat Aenesidemus apud Laërtium, quia ille & vitam egit diuturnam, & eum
 patria tanto honore affecit, ut eum Sacerdotum Principem crearet, ejusque
 causa Philosophos omnes immunes esse decerneret. Ita porrò se gessit, ut
 multos in vitæ tranquillitate æmulos nancisceretur, quam etiam quondam
 navi vectus, cum omnes ob instans periculum tristes essent, generosè o-
 stendit. Discipuli illius fuerunt Eurilochus, Timon, (ejus præter alia scri-
 pta fuerunt quoque tres libri Sillorum, in quibus omnes Dogmaticos con-
 vitis invadit; meminitque hujus Timonis Aristocles, (k) sed uberius de eo vi-
 deri potest Laërtius, (l)) item Philo, Hecataus Abderites & Nausiphanes
 Tejus,

(k) ap. Euf.
 l. 14. c. 18.
 (l) l. c. in
 Timon p.

Tejus, quos recenset Laërt. (m) addens iis *Ænesidemum* & *Numenium*, (n) ubi simul indicat, quod ipse *Pyrrho* nullum reliquerit scriptum, verum ejus discipuli. Et *Timonis* quidem successorem nullum fuisse, ex *Menodoto* refert Laërt., quia intermissa sit hac *Philosophia*, donec eam *Ptolomeus Cyrenaeus* renovaret. Verum, ut est apud *Hippobotum* & *Sotionem*, illius *Dioscorides Cyprius* & *Niologus Rhodius Euphranor Seleucensis* & *Praxylus à Troade auditores fuerunt*, addente statim ipso Laërtio. *Aristocles* quoque; modò memoratus nullius meminit post *Timonem*, nisi *Ænesidemi*, sequentibus verbis; cum jam isti perindè ab omnibus neglecti jacerent, ut si fuissent ipsi nunquam, exstitit nudiùs tertius *Alexandriae Egypti Ænesidemus* quidam, qui antiquum illud nugarum genus revocare conaretur. Atque hi fermè sunt communi opinione Principes qui hanc philosophandi viam institere. Adducit hunc locum quoque *Ryssel* (o) & *Menagius*. (p) Laërtius verò (q) successionem describit *Scepticorum*, quamvis maximè obscuri sint plurimi, quos adduxit, fatente *Menag. l. c.* Recenset igitur, *Euphranorem* ante nominatum Præceptorem fuisse *Eubulii Alexandr.*, hunc *Ptolomæi*, hunc *Sarpedonis* & *Heraclidis*, hunc vero *Ænesidemi* ante nominati, qui *Pyrrhonios sermones octo libris* conscripsit, & *Gnostius* vocatur à Laërt., fuisse verò *Alexandriae* dicitur ab *Aristocle*, ubi illud nomen à patria sumtum esse, cum *Alexandriae* idem vixerit, censet *Causaubonus*. (*) Librorum autem *Ænesidemi* excerpta sunt apud *Photium*. (r) Conf. *Menagius*. (s) Post *Ænesidemum* Laërtius recenset *Zeuxippum Politem*, post hunc *Zeuxin*, post hunc *Antiochum Laodicensem*, post hunc *Menodotum Nicomediensem Medicum Empiricum*, cujus meminit quoque *Galenus* apud *Menag.* (t) & *Theodem Laodicensem*, (in quem *Theodosius Sceptica capitula* scripsisse traditur. Conf. *Menag.* (u)) *Menodotum* audivit *Herodotus* (cujus librum sub titulo *Medicus* adducit *Galenus*, apud *Menag. l. c.*) *Herodoti* discipulus fuit celeberrimus ille, cujus tam sæpè injecimus mentionem, *Sextus Empiricus*, cujus ut ait Laërt. pulcherrima feruntur monumenta. Scriptorum ab eo editorum catalogum exhibet *Menagius*, addens tamen, maximam ipsorum partem librorum potius particulas esse, quam integros libros, inter quos adhuc superest tractatus *adversus Mathematicos*, id est, scientiarum defensores, & *Pyrrhonianarum hypotyposeon* libri 3. Ex quibus primi contenta exhibuimus. Secundus contra *Logicam* insurgit, tertius contra *Physicam* & *Ethicam*. Libris autem illis nihil elegantius aut doctius esse, idem affirmat *Menag.*, addens, *Salmasium* tradere, quod præter *Laërtium Suidam* & *Galenum* ne-

(m) l. c. p. 254.
(n) l. c. p. 262.

(o) cont. Voff. p. 214.
(p) in Obs. ad Laërt. p. 257.

(q) in Tim. p. 265.

(*) Apud Menag. p. 257.

(r) in Biblioth. Cod. 212.

(s) l. c. p. 247.

(t) l. c. p. 257.

(u) p. 257. & 249.

mo

mo veterum *Sexti illius* meminerit, ipse tamen locum *Agathe* profert, ubi mentio fit *Sexti*. Eundem autem hunc fuisse cum *Sexto Cheronensi* nonnulli existimant, vid. *Vossius*, (x) contrarium tamen cum aliis defendente *Jonsio*. (y) Ex editione verò hujus *Sexti* se modestos philosophiæ cultores *labore longissimò* levasse, quia in illo habeantur, quæ aliàs *ex variis petenda forent*, *polyhistoriæ* autem amatoribus amplum exhibuisse *polymathiæ polyhistoriæ ac denique Philologiæ thesaurum*, ait *Henricus Stephani*. (z) Addit *M. Wildt*, (a) asseruisse *Stephani*, quod *Sextus* dogmaticorum argumenta tam firma producat, ut ipsi eas melius proponere non possint, imò ipsas scientias ex libris ejus comprehendendi posse. Sed tale assertum limites transgredi veritatis, libentè cum *Wildtio* fatemur; addentes, quod tantum hocce æstimium forsàn ortum traxerit exindè, quod lectio *Empirici* odium ob morbum quendam ab *Stephani* erga literas conceptum sustulit, sicut ipse indicat. (b) Generalis enim iste & superficialis *Sexti* de omnibus scientiis discursus, & sophistica earum insectatio non potest tantam laudem promereri. Refutavit verò conatus illius *M. Schook*. (c) Paritèr etiam Doctorem *Schallerum* moralium P. P., & *D. Bebelium* Theologiæ P. P. Argentorati contra *Sextum* disputasse, testis est *M. Wildt*. (d) Ad celebritatem *Sexti* pertinet, quod ipse *Marcus* Imperator egregiusque Philosophus ad eum audiendum jam senex perrexerit, ut est apud *Philostrium*, citante eum *Gassendo* (e) ubi dixerat, quod sectæ Philosophorum suis gaudeant *fatis*. Ex auditoribus *Sexti* Laerti nominat *Sextum Saturnum*. §. 7. Valde quoque studuit notissimus Romanæ eloquentiæ Princeps Sectæ hujus placita defendere in libris *Acad. Quæst.*, dum *E. G.* (f) *Lucullus* contra Academicos *Arcesila* atque *Carneadis* asseclas, ipse verò pro iisdem verba facit. Et non aliter, nisi seriò ipsum, ea, quæ dicit, proferre, clare ostendunt verba, quæ hanc in rem in *Lib. citatis* exstant. Sic (ff) *restat*, inquit, *unum genus reprebensorum, quibus Academia ratio non probatur* — nos autem, quoniam contra omnes dicere, qui scire sibi videntur, solemus, non possumus, quin alii à nobis dissentiant, recusare. Pariter, postquam *Lucullus* sub finem discursus sui eum incipit hortari (g), ut sententia illa desistat, quam nemo esset secutus, nisi tanta in *Arcesila*, multò etiam major in *Carneade* & copia rerum & discendi vis fuisset; his inter alia usus verbis: *Tunc, cum tantis laudibus philosophiam extuleris, eam Philosophiam sequere, quæ confundit verum cum falsis, spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus*; Cicero nihil aliud regerit, postquam

(x) de Sect. Phil. p. 110.
 (y) de Script. hist. phil. lib. 3. Cap. 21.
 (z) in præf. Pyrrh. hypot.
 (a) l. c. disp. 2. C. 1. §. 8.
 (b) in præf. cit.
 (c) L. 4. de Scept.
 (d) Disp. 3. art. 1. §. 4.
 (e) Exercit. parad. L. 7. exercit. 3. p. 119.
 (f) in Lucullo.
 (ff) in præf. p. 415.
 (g) p. 418.

quam

quam se pauca quasi de fama sua dicere velle promiserat, nisi quod non ostentatione aliqua adductus aut studio certandi ad hanc potissimum Philosophiam se applicaverit. Et licet paulò post pergat: nec tamen ego is sum, qui nihil unquam falsi approbem, qui nunquam assentiar, qui nihil opiner: indeque se non esse sapientem, quem non debere opinari, Arcesilas Lucullo & Stoicis hic consentiens, fateatur: tamen id rectè ab Arcesila statui paulò post ipse dicit, & sequentia addit: assentior, nec percipio tamen, nihil enim arbitror posse percipi. (h) Varro quoque Ciceronem his verbis alloquitur: *Tuæ sunt nunc partes, — qui ea, quæ ab Arcesila novata sunt, probas; docere, quod, & quæ de causa dissidium factum sit.* Unde nos latet, quæ ratione M. Wildt, qui etiam concedit in Cicerone *Academiam* eminere nempe Carneadis, eundem Arcesila Philosophiam *Philosophiæ veteris perturbatricem* appellasse, asserere possit. Sunt equidem utique in Ciceronis libris *Acad.* loca varia, in quibus Arcesilas reprehenditur, sed ab adversariis Ciceronis prolata, quibus Cicero respondet, defendens Arcesilam; prout & ex responsione, ad quæstionem Varronis modò prolatam patet. Et benè observandum censemus, ne confundantur personæ disputantes in libris Ciceronis, secus ac communiter fieri solet, ut quando Aldobrand. (i) verba Varronis citat sub nomine Ciceronis, it. *Villemandy* (k) Luculli. De cætero Ciceronem tanta ob Philosophiæ notitiam ornat laude C. Thomafius, ut asserat: *Quem qui negat Philosophum fuisse, necesse est ut neget se esse hominem.* Habuit tamen causas suas Doct. Fonsius, ut confiteretur de Cic., (l) *laudem eloquentiæ tribuendam ei censeo, philosophiæ non item.* Quod verò ad ipsos spectat *Academ. quæst. libros*, notandum; quod Lucullus alias citetur à Nonio, ut est in edit. Lambini, (qua nos usi sumus) (m) aliisque, liber quartus, ab aliis l. secundus. Verum ad dubium omne tollendum notat Franciscus Asulanus (n), (qui ibidem conf. de reliquis Cicer. scriptis) id quod ostendit ex ipsos Ciceronis epistolis, bis ab eo editos esse tractatus *Academ.*, ita ut prima vice 2., altera 4. libros confecerit. Ex quatuor posterioribus vero præter nonnulla ex primo omnia interiisse, ex duobus prioribus quoque secundum tantum remansisse, ut sic supersit liber primus secundæ, & secundus primæ edit., qui vocatur Lucullus. Ea interim, quæ Cicero in gratiam Scepticorum protulit, refutavit M. Wildt. (o), iis, quæ protulit Lucullus in contrarium, illustratis. Istud adhuc addimus, quod C. Thomasio, l. c. dicenti, quod Cicero fuerit *verus Eclecticus*, non aliter

(h) Lib. I.
Acad. quæst.
p. 4151,

(i) in Annot. ad Lært

(k) Scept. debellat. p. 24.

(l) l. c. p. 211.

(m) In 8vo. Ao. 1580.

(n) in Præf. Acad. quæst. Venetiis 1523, in 8vo.

(o) Disp. 3. & 4. citatis.

aliter possimus, si clara ejus in libris Academicis posita verba sequi libet, assentiri, nisi Eclecticum eum velit vocare, qui sententiam aliquam pro tempore propugnat, non verò, qui ex scientia sententiæ cuidam perceptæ assensum præbet. Neque aliud doceret, si hodiè exstaret *Hortensius Cicer.*, quia ille hostibus Philosophiæ oppositus tractatus prior fuit *Libris Academicis*, ut patet ex *Lucullo* pag. 4180, ut proinde illis nihil derogare possit.

- §. 8. Non prætereundum quoque existimavimus famosissimum *Lucianum*, qui vixit Sec. 2. quem, licet à *Vossio* (p) inter *Epicureos* referatur, rectè existimamus à *C. Thomasio* (r), *Ryffel.* (s) & *G. cognato* (*) ad Scepticos re ferri. Narrat autem ipse in *omnio suo* (t) quod sibi dormienti species oblatæ sint duarum mulierum, quarum altera ad statuariam artem eum hortata fuerit, altera verò ad literarum studium, promissa ipsi nominis immortalitate, quo facto ipse hanc secutus sit illa relicta. (destinatus verò à suis fuerat ad artem statuariam discendam) Et negandum quidem non est, illum in studiis admirandos fecisse profectus, testantibus id variis ejus scriptis: dolendum tamen, quod illa studiorum Patrona spe sua magnâ ex parte exciderit, quando (u) inter alia dixerat, exornandum *Lucianum* esse *Justitia, pietate, mansuetudine, æquitate*. Nam talem se gessit *Lucianus*, ut teste *Suida* (x) cognomento *blasphemus* sive *maledicus* & *Atheus* appellatus fuerit. Et cum *Alciatus* (y) quidem excusare vult ab *Atheismi* crimine, sed reprehenditur propterea à *Vossio* (z). Nam licet laudandum sit, quod *DEos* Ethnicorum dictis suis ex cælo dejiciat, atque scelera illa, quibus isti communi consensu se contaminaverunt, abominatione non veneratione digna esse demonstrat, conf. ejus *Concil. Deorum* (a) aliaque: tamen non potest satis demonstrari, illum non in genere res divinas deridendas proposuisse. *Tract. Alcyon*, ubi de potestate divina disputans introducitur *Socrates*, non illius sed *Leonis Philosophi Academici* esse testantur *Athenæus* (b) & *Laërtius*. (c) Licet facilè dici possit, hic tantum sententiam *Socrati* à *Luciano* recenseri absque approbatione, quod Scepticis non est inconvetum. Quod verò Christianos irriserit *Lucianus*, testatur *Tract.* ejus de *morte Peregrini*. (d) Deindè in homines etiam, imprimis Philosophos studiorumque Fautores acerbissimè invehitur, ut totus ad reprehendum natus sit, non facto veri à falso discrimine. Conf. ea de re *Hermogenus* ejus sive *de sectis*, (e) quem tractatum contra Dogmaticos confecit
- (p) de Sect. Phil. p. 58.
 (r) l. c. p. 23.
 (*) in Elog. Luc. Op. Præf.
 (s) Contin. Voss. p. 214.
 (t) Op. Tom I. pag. 1.
 (u) l. c. p. 9
 (x) in vita ejus.
 (y) l. 5. p. 114.
 Juris.
 (z) l. c. p. 59
 (a) Tom. 2. p. 905.
 (b) in Deipnosoph.
 (c) in Platone.
 (d) Tom. IV. p. 275.
 (e) Tom. II p. 173.

fecit, vivum ingenii sui Sceptici indicem. Indè à *Vive subsannator DEORUM & hominum*, ab *Erasmio* mitius *nugator festivus* dictus est, atque sui imaginem in *Timone Misantropo* (f) effigiasse putatur, referente *Zwingero* (g). Impulsus autem ad hanc malitiam est invidia *Plutarchi Cheronensis*, qui in magno honore apud *Trajanum Cæsarem* versabatur, ut vult *Vives*. Conf. de cœtero *Zwinger*, qui scripta ejus juxta disciplinas, ad quas referri possunt, in ordinem redegit. Exstat inter alias editio operum ejus græco-latina cum *Notis G. Cognati & J. Sambuci* (h).

(f) Tom. I
p. 89.
(g) in vita
ejus Op.
præf.

(h) in 8vo.
Basil. 1563.

§. 9. Prætereos, quos adduximus, *Cassii* cujusdam mentio fit à *Galeno*, quod *Pyrrhonios* sit secutus, quem tamen, cum ejus *Laërtius* non fecerit mentionem, illustrem non fuisse, rectè existimat *Menagius* (i). Ita etiam *Aquila*, cujus mentionem fecit *Clemens Romanus*, *Pyrrhonius* quondam fuerat, eòdem dicente, (k) prout videre est ex *Vossio* (*). Et de eo *Aquila* deindè testatur *Nicetas* frater ejus in *Epitome* ejusdem *Clementis* (l) apud *Vossium* l. c., quod unà secum inquisiverit ea, quæ à Philosophis sunt tradita, præcipuè illa, quæ maximè repugnant pietati erga DEUM: illa, inquam, *Epicuri ac Pyrrhonis*, quò magis ea refellere posset. Floruisse etiam hanc sectam temporibus *Augustini* ait *M. Wildt*, quia eam dignam habuit Aug., quam refutaret (m). Qua de re ita loquitur *Augustinus*, quod si statim inveniretur scientia, omnem Academicorum vel calumniam vel pertinaciam --- cum ipsius *Carneadis Ciceronisque* corporibus sepultam fuisse, verum, quia non tam facile, pergit, mentibus sapientiæ sydus oboritur --- nec diligentèr homines quærent, --- evenit, ut scientia rarò paucisque proveniat, eòque fit, ut Academicorum arma, quando cum eis ad manus venit --- vulcania videantur.

(i) Obs. ad
Laërt. p. 237

(k) in 8vo.
recognit.

lib. Fol. 81.

(*) Sect.
Phil. p. 112.

(l) Fol. 196.
edit Paris.

(m) Lib. 3.
contr. Acad

§. 10. Refertur porrò à multis & inter alios à *M. Wildt* ad Scepticos *H. Cornelius Agrippa*, *Autor Seculi XIV.*, ob librum de *inertitudine & vanitate scientiarum* sive seriò sive ostentandi ingenii gratia conscriptum. Etsi verò communis de eo opinio sit, informatore eum usum esse Diabolo, undè non mirandum foret, quod ejusmodi sententiam defendisset: tamen, quia in nova præf. lib. suorum de *occulta philosophia* s. *Magia* (n), se hos libros in illo de *vanit. scient.* tantum magna ex parte retractasse ait; non planè affirmari potest, eum, absolutè loquendo, Scepticum fuisse. Præterea *Sectam* hanc eruditè propugnasse *Sec. XV. J. Franciscum*

(n) Edit. Ao.
1533.

- (o) l. c. p. 110. *Picum Mirandulam*, virum celeberrimum, Autor est *Vossius* (o). Alii verò eundem contra *Scepticos* citant. Conscriptit ille quoque *examen vanitatis doctrina gentium*, ubi *Scepticos* impugnat (p). Verum eundem totum ferè in recensendis eorundem *Pyrrhonorum* opinionibus variis, generalibus epoches modis, aut potius in iisdem illis ex *Sexto Emp.* transcribendis consumi, langvide verò & remissè *Scepticos* oppugnare, testatur *Villemandy* (q). Undè forsàn eam ob causam propugnator *Scepticismi* *Vossio* dicitur, non secus ac *Vaninus* *Atheismi*, non obstante, quod tractatum conscripserit, ubi simulat se defensurum res divinas (r).

(q) *Scept. deb.* p. 16.
(r) sub Tit. amphitheat. prov. divin.

§. II. Ad recentiora tempora nempe seculum XVII. spectat *Franciscus Sanchez* Med. D. & in Acad. *Tbolosana* P., qui librum edidit sub tit.: *NIHIL SCITUR*; symbolo ad libros suos additò: *quid?* Licet verò eum ut & alios *Villemandy* (*) nolit *Pyrrhonis* absolutè accensere, quia, ut ait, *hujus generis libri sunt juveniles lusus potius, quam seria rerum discussiones, extantque alie illorum eorundem scriptiones, quibus palàm faciunt, quantum ab Epocha Pyrrhonis abhorreant: tamen idem antea dixerat, quod reperiantur nonnulli, qualis est F. Sanchez. ---, qui ex professo libris ad Pyrrhonorum morem conscriptis conati sunt ostendere, nihil sciri.* Ac proinde, quantum ad librum illum utique *Scepticismi* defensor Sanchez, & cum (**) non dubitare se fateatur *Vill.*, quin hisce temporibus existant complures ordinis *bujus Aporetici*, ad minimum sanè res in dubio manet, an seriò postea ab hac sententià destiterit *Sanchez*. Refutavit hunc *Sanchez* D. *Hartnacc.* tractat. *Sanchez aliquid sciens.* Quò visò libellò *M. Wildt* mentem se mutasse ait, qui (s) promiserat, se *Sanchezium* esse refutaturum (t). Paritè eodem ævo *Franciscum Morthæum Vayerium* illustrem Gallum ad *Scepticos* valdè inclinare, lectà hac variis scriptis celebratà, ait *C. Thomafius* (u) & cum eo *Ryffel.* (x), qui etiam scripta *Vayerii* recenset, quæ præ reliquis *Scepticismo* favent, nempe *la Prose Chagrine*, ubi acriter contra *Dogmaticos* disputat, *Tom. Op. XIII.*, ubi aliquot habet *problemata Sceptica*, & *Tom. XV.*, ubi utilitatem *bujus philosophiæ* latius & ex professo commendat. Interim *Vayerium* sic contraxisse *Scepticismum*, ne extenderetur ad pomeria *Theologiæ*, idem asserit *Ryffel.*; quia factus sit, *Pyrrhonem cum affectis non abfuisse ab Atheismo.* *Villemandy* quoque, licet fateatur, quod *Vayerius* *Sceptism* *Pyrrhonicam* variis non modò laudibus cumulet, sed & illam passim --- imitetur,

(*) l. c. p. 32.
(**) l. c. p. 33.

(s) in Disp. 1.

(t) vid Disp. 5. §. 1.

(u) l. c. p. 34

(x) Contin.

Vossii p. 114

mitetur, eum tamen inter Pyrrhonios nequaquam censendum, ait, quandoquidem eam ab omni impietatis & pravitate labe circumscribat, imò & fidei Christianae subjiciat. Quod iudicium sequitur *Buddeus* (y). Sed hoc tamen certum manet, quod nihil ex ratione sciri posse defendat *Vayerius*. Undè *Buddeus* illum ad eorum classem refert, qui nihil rationi tribuunt; ad quam præterea refert *Hieron*, *Hiernbaim*. (z) Et sanè ipsi quoque Scripturae assertionem suam contrarius est *Vayer*; quia illa rationem nunquam ita à Throno suo, qua cognitionem rerum naturalium dejicit. Testatur potius, quod veritas detineatur à malis in injustitia; quod ex naturæ lumine innotescat, mala perpetrantes morte dignos esse, (a) quod τὰ ἴα νόμα cordibus inscripta sint hominum. (b). Imò quod mundi opera sint talia, ut ex illis æterna DEI potentia ac gloria reluceat (c). Quod ulterius deducere Theologiæ est, nobis hinc breviter recensere sufficit. De usu verò *Pbil. in Theol.* conf. *Meisner* (*) *Scheibler* (**) *J. Martini* (***) . De celeb. *Gassendo* non est ut multa adhuc adjiciamus; Mens ipsius (ut non repetamus jam dicta sect. 1.) satis patet *ex præf. exerc. parad.* p. 99. quando, *ingenuè*, iuquit, *fateor nihil unquam mihi perindè arrisisse --- ac --- Pyrrhoneorum ἀκαταληψίαν*, illò tantum p. 101. adjectò: se committere omnia sua iudicio --- *Romane ecclesie*. Posteriori tempore equeidem, (†) ubi asserit; *medià quadam via inter Scepticos -- & Dogmaticos videtur tenenda*, etiam oppugnavit Scepticos; verum *Judice Villemandy*, (††) *languidè ac remisse*, nempe tali modò, quali usus est *Picus Mirand.*. Interim, si verbis mens fuit consona, non absolutè, ultimis his ejus temporibus, Scepticus vocari potest.

§. 12. *Causam* ortus atq; celebris progressus sententiæ hujus pestiferæ si ulterius investigare placet: (quæ, licet suo tempore eam extinctam fuisse scribat *Julianus Imperator* (d) apud *Menag.*, (e) & ante eum *Seneca*, dicens, quis est, qui tradat præcepta Pyrrhonis (f) quem citat *M. Wildt*: tamen (g) vel tunc quoque in totum non extincta fuit, vel alleclas iterum nacta est) mentem *Augustini* supra vidimus, addita quadam nota. Inter veras autem causas ex mente *Galenii* haud postremam censet *A. Fröling* (h), quod *Logicæ præcipuo instrumento, qua demonstrandi ratio continetur, vel penitus neglecto, vel malo atque imperfecto veritatem investigare homines conentur; & ipsum hunc defectum tantam Sophistarum turbam, evo potissimum*

E 3

tissimum

(h) in *Præf. Viotti* L. 5, de demonstrat. præfixa.

(y) de Scept. Moral §. 4.

(z) lib. de typho generis humani edito Pragæ Ann. 1676.

(a) Rom. 1. v. 18. & 32.

(b) Rom. 2. v. 14.

(c) Rom. 1. 19. Psal. 19 1.

(*) Phil. Sobr.

(**) Metaph.

proem. p. 9.

(***) im Vernunft Spiegel.

(†) Tract. 1. p. 79.

(††) Scept. Debell. p. 32.

(d) in fragm. p. 557.

(e) Obl. p. p. 258.

(f) lib. 7. quæst. Nat. p. 761.

(g) disp. 1. art. 3. §. 3.

- (i) in sua præf. (k) in Pharo intellectus p. 7. *tiffimum Socratis & Platonis* produxisse affirmat. Conf. ipse *Viocerus* (i). *Grosserus*, (k) cum omnem morborum intellectus causam ex nimia confidentia procedere, vel nimia diffidentia, asseruisset: ex ultima Scepticismum provenisse judicat, quia Sceptici ea, quæ ad inveniendam veritatem requiruntur, denegata hominibus existimant. Quorsum facit, quando C. *Thomasius* occasione dicit huic sententiæ dedisse *disceptationem Philosophorum Veterum circa criteria veritatis*, in qua alter alterius sententiam argumentis suis infirmabat. Neque abit abhinc *artis cogitandi* autor, quando ex defectu attentionis errorem scepticum derivat. *Budæus* plerosque aut ambitione aut ignavia ad scepticismum adduci, dicit, (l) *ignavia* quidem, quando cæco impetu aliorum sequuntur autoritatem; *ambitione* verò, cum novitatis avidi, *inconsulto ad quælibet impugnanda abripiuntur impetu*. Ipsa quoque sectariorum absurditas, qui cum *Vellejo Epicuri* defensore (m), nihil tam metuunt sæpè, quam ne dubitare de re quadam videantur, Doctorum suorum placita quælibet pro aris & focis defendentes (conf. *Baco de Verulamio* (n) & *Dominus Præses*: (o)) non potest non viam sternere Scepticismo. Qua de re *Cicero* (p), *utrum igitur ait, vos* (Sceptici) *impudentes, qui labi nolumus, an illi arrogantes, qui sibi persuaserunt, scire se solos omnia*. Indeque Sceptici nimium quantum de libertate sua gloriantur. Conf. iterum *Cicero* (r), qui *credo*, inquit, *Clitomacho ita scribenti: Hercules quendam laborem exantlatum à Carneade, quod ut feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinionem & temeritatem extraxisset*. Accedit huc eorum, quæ protulerunt Sceptici speciositas. Qua de re ita exclamat *Seneca* (s), *audi, quantum malum faciat nimia subtilitas, & quam infesta veritati sit, --- circa eam --- versantur, qui novam induxerunt scientiam, nihil scire*. Tantum effecit, quæ in iis fuit *Scopia rerum, & dicendi vis*, teste *Lucullo*, (t) quando rationis artibus ad rationem, quantum ipsis licuit, evertendam, usi sunt. Quin imò exindè *Sceptici* non parva à magnis interdum viris ornati sunt laude. *Augustini* verba audivimus (u). *Heinrici Stephani, & Menagii de Sexti Empirici* libris iudicium maximè honorificum patuit. §. 6. Eodem modo *J. Lipsius* de Scepticis sequentia profert (x) *Hac laus illis detur, labore ingenio memoria supra omnes penè Philosophos fuisse. Quid? Nonne omnium aliorum scita tenere debuerunt & inquirere, si potuerunt refellere? Res dicit. Quamvis utique certum maneat illos*

(l) de Scept. morali §. 17.

(m) ap. Cic. l. 1. de nat. Deorum,

(n) de dig. & augm. scientiarum L. 1. p. 31.

(o) differt. Censor censurâ dignus T. 1. §. 5. 6.

(p) in Luc. p. 4203.

(r) in Luc. p. 4156. 4206.

(s) epist. 88.

(t) p. 4180.

(u) in præf.

(x) manud. ad phil. Stolicam L. 2. diff. 4. pag. 131.

(i) in præf. Viocerus, l. 1. de morborum intellectu

illos valdè qvideni oppugnasse disciplinas, verum, evertere non potuisse, ansa appugnandi omnia ut plurimum ex disceptationibus Dogmaticorum desumpta. Conf. M. **Wildt** (y): & qvò subtiliores fuerunt, eò quoque pestilentiores, eòque magis vitandos esse pariter atque repellendos. Conf. *Villemandy* (z).

(y) disp. 2.
art. 4. §. 10.

(z) l. c. Cap.
2. p. 17.

§. 13. Non negandum quoque, recentioribus non minus quam antiquioribus seculis fuisse, qui Scepticorum nomine injurià sunt insigniti, quia, quæ pro divinis vulgò venditabantur effatis, impugnarunt. Refert hùc J. *Gersonem*, L. *Vivem*, & *Agrippam Budæus* (a) ex *Villemandy* (b), qui adhuc addit *Lutherum* & *Calvinum*. Monemus tamen, *Gersonem*, si absolute in *Theologiae Doctore* damnat doctrinas extraneas *Logicas*, *Metaphysicas*, quibus *Theologia* utunque obtenebretur, quæ verba sunt ipsius *Villem*; & non tantum respectu ad abusum, & minus solidam earum disciplinam tunc temporis institutam tractationem habito: tale quid asserere, quod approbati non potest. Non ita *Lutherus* noster; utpote qui inter alià sequentia profitetur (c): **Das möcht ich gern leiden; daß Aristotelis Bücher von der Logica, Rhetorica und Poëtica behalten würden.** Ita quoque (d) rationi ulum suum relinquit, eumque laudat, nihil aliud taxans, quam si ratio iudicium sibi in rebus supranaturalibus, atque forum suum excellentibus sumit; his inter alia verbis usus: **Wilt du ja Flug seyn (spricht G D E) so will ichs die genung geben / hienieden auff Erden / aber in Sachen / da ich nicht hinkommen kan mit meiner Klugheit / da muß ich sie dabeimen lassen /** reliqua vide ibid.; ubi etiam *Matheos* honorificam facit mentionem. B. *Viottus* (e), cum dixisset, *Galenum Academicos reprehendere: quod certitudine sentiendi sublatâ sententias in utramque partem tractare docerent*, addit, *quid aliud -- docuisti Rodolphe ingeniosissime? quos cum dico, Vallam, Trapezuntium, Titelmannum, Cesarium, Melanchtonem & similes dialecticarum Scriptores intelligi volo; & paulò post ait; quod omnes dialecticæ -- in Pyrrhonorum & Academicorum heresin juvenum animos precipitent.* Sed ut alios nunc non tangamus, aliud sanè promeritus est communi consensu communis *Germania*, *Præceptor* vocatus *Melanchton*, quæ in sua dialectica (f) non solum (g) de demonstratione agit, sed etiam asserit (h): *In ipsa morali doctrina -- esse demonstrationes in fundamentis doctrinæ, monetque, ut certa ab incertis prudenter discernantur, & acquiescant mentes in doctrina certa*

(a) de Scept.
mor. §. 2.

(b) l. c. p.
28.

(c) Tom. I,
Jenens. Fol.
310.

(d) Tom. 6.
Fol. 64. sqq.

(e) de de-
monstr.

(f) f. Ero-
tem dialect.

(g) p. 234.
L. 4.

(h) p. 247.
ac

ac firma, nec putent ingenii decus esse petulantiam evertendi veras sententias.

(i) 3. Lib. adv. Acad. (k) l. c. p. 16. (l) in Exam. vanit. doct. gentium. L. 2. (m) L. de verit. scient. adv. Scept. (n) contra Scept. & Acad. (o) de Scept. Morali §. 10.

§. 14. Ut ultimo loco nominemus quosdam ex Scepticismi oppugnatoribus, Augustinum sæpè citavimus (i), de quo Villemandy judicat (k) quod levissimè perstringat Scepticorum rationes & argumenta, leviusque eorum placita refellat. J. F. Pici Mirandulani (l) & Gassendi quoque antea mentionem fecimus, adjunctò Villemandy judiciò; qui istis l. c. addit Merlennum (m), judicans, hunc fuisse quidem Scepticos exagitare, at ita in Theorematis mathematicis ... absumi, ut alia quævis Philosophiæ moralis, Politicæ, Theologiæ statuta, longè graviora, serè prætereant; nec non S. Parkerum, (n) dicens, illum aculeatis quidem scommatibus eos transfodere, aut sesquipedalibus verbis explodere, at paucis rationibus solidis inepta ac impia eorum placita convellere. Quibus addimus tantum præter Schoockium & Hartnacc. supra citatos, Luculli discursum, maximè ab ipso adversario laudatum; & ipsum Villemandy in lib. sæpè citato, de quo, quod cæteros omnes vincat, asserit Budæus (o).

§. 15. Atque sic, ut concludamus hanc dissertationem, addimus verba clarissimi Witsii, miscellaneorum sacrorum p. II. dicentis: Annitendum quidem homini industrius est, ut, quantum fieri potest, paucissima ignoret: At confitendum homini ingenio, quantumcumque se fatiget diligentia, multa tamen superesse, quæ ignorare cogatur. Optimum verò remedium contra Scepticismi labem esse affirmamus solidam Philosophiæ notitiam; ejusque laudes ex eloquentissimi Nazianzeni (quem titulum ipsi tribuit, qui eundem locum citat, Scheiblerus Proæm. Met. p. 38.) ore percipere licebit, quando ille orat. 33. in Laudem Heronis Philosophi fol. 544. : Sic inquit existimo, duorum alterum nobis faciendum esse, ut vel Philosophia demus operam, vel Philosophiam certè honoribus ac laudibus efferamus, nec alioquin à recto atq; honesto penitus aberremus, ac bruta cujusdam vacordie damnemur, qui rationis participes creati sumus, ac rationis ope & adjumento, ad primariam illam rationem properamus. Quibus sic propositis nihil adjicimus hac vice, nisi illud unicum:

SOLI DEO GLORIA.

